

16. XII. 1711. 25. 2. 10.
po. dler. Mr. Brinckmann.

Alabae
200

CENSURA ORIENTALIS ECCLESIAE.

De præcipuis nostri seculi hæreti-
corum dogmatibus:

HIEREMI CONVENTINOPOLITANO Patriarchæ, iudicij, &
mutu communiscaus, ab Orthodoxo doctrine
aduersarij, non ita pridem oblati. Ab eodem Patri-
archa Conventinopolitano, ad Germanos Græcæ con-
scripta:

*AD STANISLAO autem SOCIOLOVIO, Serenissimi
Stephani Polonie Regis Theologo, ex græco in latinum conser-
ta, ac quibusdam annotationibus, ad proprias Græcorum opiniones
respondentibus illustrata.*

AD GREGORIVM XIII.
Pontificem Maximum.

Cracoviæ,
In officina Typographica Lazari.

cl. I. XXII. Op. 82



201

80.



GREGORIO XIII.

PONTIFICI MAXIMO
AMPLISSIMO RELIGIONIS
Catholice propagatori.

VRE AC INSTITVTO
belli sanctum est , GREGORI XIII.
Pontifex Max: ut qui transfugam in
aliena castri transiunctem deprehen-
derit; illum Imperatori suo , aut cui-
piam alteri ex Ducibus militiae sislat,
atque presentet. Non dissimile quid
buc tali tempore in spirituali bac nostra militiae depre-
hensum, ad sacro sanctum S: V. tribunal, eodem iure, pro of-
ficio meo adfero. Cum enim ante hoc biennium , vna cum
Serenissimo Rege meo, Principe integerrimo , ac Religio-
nia catholica studiosissimo , principio regni illius, has oras
Sarmatiae nostrae pengro, atq. perlustro ; Leopolim Me-
tropolim Rusie , emporium apud nos imprimis nobile ve-
ni. Habet hoc ea vrbis ante alias singulare , vt cum reli-
quarum planè omnium religionum ritus, et ceremonias ex
antiquo admiserit ; ab huius tamen seculi heresibus pecu-
liari quodam Dei munere penitus fit libera , illisque sum-
mo studio ac diligentia mirè obseruat. Incidi tum fortè ibi
in quandam Archimandritam Grecom, hominem non in-
dictum, nec illicem : cum quo, ubi multa de multis, sicut
sit Ioseph, familiariter contulisset; deuenimus tandem in
sermonem, de his heresibus, ac magistris earum, que hoc
nostro infelici seculo , orbem exercent Christianum. Ac
cum utrumque eam temporum nostrorum calamitatem,

* ij dominum.

PRÆFATIO.

bominumque temeritatem, abunde ita ut par fuit, deplo-
rassimus; intulit ille, ad Patriarcham item suum ipsos ex
Germania, non ita multo ante scriptissime, illius summa fi-
dei et confessionis sua capitula obtulisse; ac ut in communio-
nem eius Ecclesiastū recipierunt, studiosè petijesse: quos
tamen ille tantum abest, ut recipiendos duxerit; ut etiam
scripto quadam sua illa ipsa, quæ tum illi proposuerant ca-
pita, confutarit. Agnouit hoc idem planè quandam Pellagi-
anos, temporibus D. Augustini fecisse, eodemque modo ab
occidentalibus Ecclesiis ad orientalem necquidquam con-
fusisse. Obiicit eam rem his verbis Iuliano Pellagi discipulo D. Augustinus. Non est, inquit, quod prouoces ad ori-
entales Antiscriptas; quia et ipsi utiq. Christiani sunt, et ut
triusque partis terrarum fides ista una est; quia et fides
ista Christiana est; et te certe occidentalis terra genuenit,
occidentalis regeneravit Ecclesia. Quid ei queris inferre,
quod in ea non inuenisti; quando in eius membris venisti?
imo quid queris auferre, quod in ea tu quoque accepisti? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere, in qua primū
Apostolorum dominus voluit glorioissimo martyro coro-
nari. Cui Ecclesia praefidentem beatum Innocentium, scau-
dire voluisses; iam nunc periculose inuentum tuum Pel-
lagianis laqueis excussisse. Quid enim potuit vir in san-
ctus Africanus respondere consilis, nisi quod antiquitus
Apostolica sedes ex Romana cum ceteris tenet persecu-
nem Ecclesia? Hæc et alia his similia D. Augustinus.
Lætabar iam tum, me nouas sutorum artes, nouum nocen-
dus studium comprehenduisse. Et quamam eodem ipso tempo-
re, homo ille Graecus Bisantium reperiebat, petij, ut exem-
plum scripti illius Patriarchæ sui ad nos mitteret. Quod
ille libenter, et prompte factum oblitus; ut et postea
amicis functus officio fecit. Quod, ubi primū græce legi;
dici non potest, quantum ex eius lectione volupsum cepi:
statimque operam dedi; ut illud quam diligentissime in lan-
guam latinam, pro nostra temitate translatum, publicè no-
stris homi-

PRÆFATIO.

stris hominibus legendum proponerem. Idque plurimas, e-
asque insitissimas ob causas. Primum ut ipsi homines ni-
hil non contra matrem suā molientes, nullam partem no-
cendi relinquentes proderem, eorumq. artes, clandestinaq.
consilia in lucem proferrem, ac detegere. Demè, ut quan-
tim eos ipsos huius sue nouitatis, pudeat atq. tedeat; quod
cum nulla Apostolica, veteri iisque sede coniuncti sint; quod
successionem nullam demonstrare posint; quod ~~et~~ ^{et} hoc
est membra sua capite omnia sint, sicut ex hoc ipsorum fa-
cto demonstrem. Demùn ut quam sit utriusque Ecclesia,
occidentalis, inquam, et orientalis de his rebus, quas i-
stis ex sede sua commouerunt, incredibilis consensus, sum-
ma concordia; et non eadem tantum dicamus omnes, sed
iisdem per verbis etiam omnibus clarum fiat. Quod am-
plius coniuciari desinat, hæc Latina esse; ab hoc vel illo
Romano Pontifice profecta: cum hæc eadem ab his, qui
Romanis coniuerteris, Latinis, in situ quodam odio infen-
sissimi sunt, non minore studio atque contentione colantur
atq. defenduntur. Simulq. perficiant se non solum a Ro-
mano Pontifice, sed a ipso terrarum orbe, omnibusq.
Ecclesiis defecisse: in eoq. mentis sua errorem recognoscant,
quod illud se sub his frigidis septentrionibus videre pro-
fiteri non erubescant; quod uniuersus occidens et oriens
orbis, longè antiquius et benignius ab illo diuino et cælesti
sole Christo Iesu collusatus, hac tenus non viderit. Demùn
ne amplius in suis confirmandas, incultaq. plebecula de-
cipienda, orientalis Ecclesia authoritate, et testimonio
(quod quidem hac tenus fecerunt) abutuntur; cuius con-
tra se tam insignia refenit testimonia. Postremò, ut agno-
scat, quisquam sibi in orbe Christiano, nisi quam in Ecclesia
Catholica locum relictum esse; nisiquam cum ipsis mori-
bus, et sentientiis confistere posse. Et quemadmodū ipsi im-
piè premium eius matris, que eos genuit, laetèq. suo aliuit,
spreuerunt, ab eoque longè aberurunt; ita illos vicissim
tanquam proteruos parentibusque inobedientes filios, ut bi-

PRÆFATIÖ.

que sperni ac repudiari; ut illud Isaiae in eis abunde completum esse videatur: Vae qui spernis, nonne et ipse sperneris: cum desatigatus, desieris contemnere; tum ipse contemneris. A castris in que configuntur, arcentur: ab illis, quos patronos parabant, accusantur: eorum, quos ipsi iudices communis causæ constitutur sententias, condemnantur: ita, ut vel hoc solum tam claram et illustre orientalis Ecclesiæ testimonium, et eos, et alios omnes; si modo secum consentire velint; si veritatem ipsam ex animo querant, et non ipsa pertinaciam, opinionemque ingenij, ac studiis nocendi vincantur; ab errore quidem reuocare, ad rectam autem et Catholicam fidem reducere meritò debet. Nam cum neque illi, neque nos, ut quidem isti dicunt, communis causæ, propter priuatum cuiusque in re sua studium, æquæ iudices esse posimus; detur Janeœ rectè hoc ab illis factum esse, quod ad eos iudices provocarunt, qui neq. cum hac, neq. cum illa parte cōiunguntur. Quod autem eorum iudicis et sententia acquisere nolunt, quos ipsi iudices delegerunt, in hac quidem certa parte, iam non cum aliis, sed secum ipsi pugnant; suumque contumacem, et incurabili morbum aperiunt: nec tam se in hac causa iudices, quam affentatores quæsnisi, abunde docent. His inquam ex causis, hanc ipsam orientalis Ecclesiæ, de eorum confessione censuram, quam isti non sine causa suppresserunt, ipse magna natione in luce præferre voluit. Ad te autem potissimum Beatissime Pater, hanc totam causam deferandam et quisimmo esse putauit. Primum, quod in exercitu DEI exercituum dux et Imperator secundum IESUM Christum sis, ad quem omnem cognitionem per fugias pertinere superius diximus. Demum, quod ante alios omnes, ijs studis, que vel ad illuslandam, vel exornandam Catholicam religionem spectant, misericordie deleteris; quorum tot gymnaſia, tot fabulari, tot seminaria per orbem terrarum uno tempore inaudita liberalitate, et incredibili erga exteras nationes charitate simul aperiisti: ut vere te non nomine tan-

PRÆFATIÖ.

mine tantum, sed re ipsa multò magis, illius hominis agri-
cole vicarium esse demonstres, qui largè et manificè se-
minat semen bonum, sive illud cadat fecit viam, et concil-
etur ab hominibus, volucresque cali comedant illud; sive
super petram, et statim arejcat; sive inter spinas et suffo-
cetur; sive in terram bonam, et ferat fructum centuplum:
illiusque patris familias, qui primo manè ad conducendos
operarios vineas suæ egreditur, manificè operarios, ac vi-
nitores omni horu in eam conducit. Quo fit, ut te tam diligente,
et assiduo agri dominici cultore, flores apparuerint
in terra nostra, gome florentes odorē dederint suum; fu-
ges, quas iam nelix lolium planè obruerint, ita crescant,
ut ipsum lolium vix iam appareat. Deinde quid hoc idem
Regem meum velle suspicabor, qui omnia sua, et suorum
in hac parte S^ui V^u. subiecta esse expetit; quid, item in hac
Dei agricultura, non ita multa post paſibus, vestigia S^ui
secutus, et ipse strenue torquet antrum. Quem quidē
virum Deus ille immortalis, (cuius prouidentia omni pro-
uidet seculo) tangam alterum Abraham quendam, aut
Iob, ex reliquis illis, florentissimi quondam Pannonicorum
regni solum ferè, vñā cum plenissimo fratre suo, ad excitanda
iterum in ea gente Catholicæ religione semina, omnipotenti
dexteris sua, ab omni labore heretica, purum, et liberum
conservauit, nec genu suum cum Baal fleti permisit:
quem postea de domo, et de cognatione sua eduxit, in gen-
temque magnam, et regnum eximium, illius constantie et
pietatis causa, crescere fecit; pulcherrimusq. ac quasi re-
petitus ex potentissimi hostibus victoriis, sedisque Sancti
vestrig inimicis, illustrauit, magnificeq. exornauit; ac in di-
es magis ac magis nouo rerum successu ornat, et auget. Ut
omnibus mortaliibus, Regibus item et Principibus specimen
detur; cum qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione
Dei calix non cōmoneri: et diuines quidem ac potentes sae-
pius esurire, et egere; inquirentes autem dominum, non di-
minu omni bono. Ultimo quid te Pontifice, his ijs studiis

PRÆFATIO.

Romae operam dederim quorum nunc hunc ipsum exiguum
fructum in publicam utilitatem conseruo. Et contendi quidem
ego sedulo, ut in hac mea versione, ab ipsis autoris verbis,
ne latum quidem vnguē quo ad eius fieri posset, recederem.
Verum cum praefens Graecia, multū mutauerit dicendi ge-
nus, & prīcāq. illa onationis sinceritate, et sanitatem; compo-
sitionis item et structurę veritatem, et concinitatem plurimum
discesserit; cumque hoc ipsum exemplarē validē incorrectē,
et inconcinne descriptum ad nos missum fuerit: necesse ita
est ipse habui paucis quibusdam in locis, ad sententiam ma-
gis, quam ad verba ipsam interpretationem accommodare;
ita tamen, ut omnibus sententia integratam, et religionem
suam eandemque plane simplicitatem, ac ut ita dicam, su-
ditatem, quantum possem conseruarem. Reliquum est, ut
hanc meam liberiorem S^{anct} V. compellationē deprecari;
ac ipsius Paternę et Apostolicę benedictionē, me studiāq.
mea humillimè submittam: Deum immortalem precatus,
ut quā diutissimē publice utilitati S^{anct} tua vivat; ac de-
mon cum gaudio, et exultatione portans manipulum uer-
bis confititions suae, ad principem pastorem Christum re-
deat. Cracoviae, tertio Idus Aprilis. Anno a nativitate
Dominī M. D. LXXXI.

INDEX ET SERIES

PRÆCIPVO RVM CAP-

TVM LIBRI HVIVS.

Symbolum Nicenū approbatū: proprius Graecorum
error de processione Spiritus S. asseritur Cap. I.

Articuli fidei summatis explicantur, & ad vitę & mo-
rum institutionem accommodantur. II.

De peccato originis, baptismo, sacro chrysante, & co-
rum qui baptificantur communione. III. D

De penitentia peccatorumq. remissione. III. H

De fide & operibus. V.

Neque nimis de gratia Dei præsumendum, neque de-
sperandum est. VI.

De numero & natura Sacmentorum. VII.

De ministris Ecclesię, & eorum honore. VIII.

De baptismo parvulorum. IX.

De cœna Domini, veritateque corporis & sanguinis
Christi. X.

De officio confitentis, & eius qui audiendę confessioni
præst. XI.

De mulctis atque satisfactionibus, quas diuus Basilius
rēmētūs, alij autem Graeci rēmētūs appellare so-
lent. XII.

De sacra Liturgia, hoc est, de incruento quod in missa
fit sacrificio, cuius opus, finis, vniuersaque econo-
mia pulchre explicatur. XIII.

De factis ordinationibus, quas Graeci x̄opterūs vo-
cant. XIV.

Neque

Neque preces neque oblationes, neque dies festos, neque alia donaria, corrupta vita & moribus ministro rum, vitari.

XV.

Omni magistratui à DÉO constituto parendum esse.

XVI.

Dé consumatione mundi.

XVII.

De gratia & libero arbitrio.

XVIII.

Deum non esse authorem malorum.

XIX.

De sacris traditionibus, & præsertim Monachatu.

XX.

De cultu & veneratione sanctorum.

XXI.

Epilogus de quibusdam, vt isti vocant, abusibus.

EPISTOLA THEOLIPTI ARCHIMAN-
DRITÆ, CVM QVA CONSTANTINO-

POLI opus situd ad nos huc est perlatum.

Τῷ λαγηταῖστρῳ τῷδε διδυστοτέλεον γένεται στι σπουδὴ τῷ τῆς ιε-
κλασίας θεάτρῳ τῷδε ἡμετατρέψασθαι στατιφιλασσόντες χαρτοβιβλία
ἀπὸ καπτοπτονόντων
τὸ πρότιτον

ἐν λοιπούσι, δεκατριάδα τοῦτο γένεται γραμματικὴ λέξις τῷ βα-
βλιον κατὰ τριπλασίαν, μετὰ τοῦ δημοτικοῦ λεξιστοῦ τῷ ἀλτ-
ελάτῳ. Τοῦτο διετοποιεῖται διά τοῦτο διακοπαῖσθαι τοὺς
ἴεταν παραγόντες μὲν τὴν πρώτην οὐδὲ τὴν δεύτερην μαθηθή-
ται τοῦτο πρότιτον αὐτὸν τὴν πρώτην οὐδὲ τὴν δεύτερην μαθηθή-
ται τοῦτο πρότιτον αὐτὸν τὴν πρώτην τοιαύτην, λόγον διηγεί-
σθαι παραπότιτον, διετοποιεῖται διακοπαῖσθαι τούτην μαθηθή-
ται πρότιτον.

Τῷ στρατιωτοῖσι τοῦτο γένεται τοῦτο κατάτετάμενό τῷ πρώτῳ
βαττίσμῳ, ὃς διετοποιεῖται. Διετοποιεῖται τῷ πρώτῳ ποτε ποτε
φιλατεῖται τῷ πρώτῳ ποτε γνωγήσθαι τῷ πρώτῳ ποτε ποτε.

διετοποιεῖται τὸν πρώτον ποτε γνωγήσθαι τῷ πρώτῳ ποτε ποτε.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ

HIEREMIAS

I.

MISERICORDIA

DIVINA, NOVÆ ROMÆ ARCHI-

EPISCOPVS, OECVMENICVS

Patriarcha:

Sapientissimis, & doctissimis viris domini, IACOBO,

Theologo Doctori, & MARTINO

Crusio, bene & feliciter agere.



IV. MVLTVMQVE, ET A

vobis desideratam, & à nobis ple-
no & integro in vos studio conqui-
sitam & elaboratam, virti doctissimi
Germani, in Spiritu sancto filii medi-
ocritatis nostræ charissimi, Episto-
lam, iam tandem Dei immortalis
munere absolutam, charitati vestre mittimus: idq. cum
ea, qua par est, lætitia, ac spiritali gaudio, paternique
vultus erga filios hilaritate. Precamur autem Deum
Opt: Max: eiusq. omni parte beatissimam matrem, vt
vos item vtriusque hominis, interioris, inquam, & exte-
rioris, perfundat gaudio. Sin autem in quibusdam par-
tibus dogmatū pietatis nostræ, prima statim quasi fron-
te, vos non exilaramus; confidimus tamen, que vestra
est sapientia, doctrinæq. & prudentiæ veritas; nihil vos
recte & sanè doctrinæ antelatueros: neque instituta, &
sanctiones plene nouas, ac quasi ex diametro, cum Eu-
gelica IE S V Christi Philosophia pugnantes, comple-
xuros: neq. in hac ex alia in aliam, a recta fide alieno-
rum dogmatum, commigratione, tempus frustra con-
sumpturos: neq. consuetas, & præiudicatas opiniones
vestras, cum omni recta ratione pugnantes, (homines
enim fumus omnes, ideo timide parumq. securè sunt, iu-
sta sapientissimi Salomonis dictum, omnes cogitatio-

A

nes ac

Hieremias

Vos misistis ad Ioannem: et testimoniu-
m perhibuit veritati. Ioan: V.

nes ac studia nostra) potius quam id, quod verum & sincerum est, sequuturos: magis autem ipsissime veritati, ac sapientie Domini nostri Iesu Christi, quam diuinum eius discipuli, atq. Apostoli, in suis canonicis ac salutaribus scriptis profertur: quam omnes vniuersales & particulares sanctorum Patrum Synodi sequente sunt: quam vi-nius Sancte Ecclesie diuina scientia pleni præcones atque Doctores nobis tradunt, omnesque in eam, communione concordia & voluntate, clarè consentiunt, animo & confessione adhaerentes. Qui his quidem omnibus, qui eorum præcepta & instituta, verbo & opere sequuntur, certam salutem, regniq. cœlestis hereditatem, precibus suis conciliant: ut iterum illis, qui eorum sanctis mandatis & institutis non parent, eaq. temere transgreduntur, supplicium, ac damnationem æternam acceruent: Si enim volueritis, inquit Scriptura, & audieritis me, bona terra comedetis. Quibus sane verbis, mediocritas item nostra, que & ipsa, Christi domini miseratione, successione quadam, hic in terris, eius locum tenet, ad amabilem concordiam, & consensum cum ea, que apud nos est Iesu Christi Ecclesia, charitatem vestram cohortatur. quam si vere, & ex animo, non tam verbis, quam re ipsa, nobiscum ingressi fueritis, dici non potest, quantum, & in celo, & in terra, ex ea virtusque Ecclesie coniunctione, futurum sit gaudium, quamq. ad laudem, & gloriam Domini nostri Iesu Christi cestrum esse, certissimam spem habemus. Valete.

Ex omnibus partibus Syntagmati huius; Epistola bec, & vicioffimè descripta, ad nos perlata fuit.

MISERATIONE DIVINA

NOVÆ ROMÆ ARCHIEPISCOPI,
OECUMENICI PATRIAROHAÆ,

Doctrina exhortatoria ad
Germanos con-
scripta.

POSTEAQVM LITERAS a Dilectione vestra nobis missas, simulq. opusculum, in quo summa capita fidei vestre continebantur, ac cepimus, vestramque charitatem, complexi & exosculati sumus; il-lud, de quo inter nos conuenit, & in quo item discrepamus, ita uti postulatis, vobis aperiendum duximus. Charitatibus enim officium, atque debitum, Legis, & Prophetarum adimpleto est, perfici au-tem charitatem, certum est, non verborum inani strepitu, sed factis & operibus præclarè illam testificantibus. Ut et preciosissime quaque gemme, non inde precium & commendationem suam accipiunt, quod laudantur, sed quia præstant sua virtute & operatione, illos, qui ralia norunt, in admirationem sui rapiunt. Quam candem charitatem erga nos, vos item doctissimi viri Germani, præ vobis ferentes; quantaque illius gloriatio sit, recte ex sacris scripturis edocti, hæc vestra nobiscum communicare voluistis. Quibus nos mutuo responsuri, in eo maxime elaborandum putauimus; vt nihil ex priuato nostro sensu diceremus: sed ea omnia, que in medium adferrentur, ex sanctis, & vniuersalibus scriptis Synodis; quas item & vos, vt scribitis, præclarè facientes, amplectimini & exosculamini: ex sensu item sanctorum Patrum, diuinitusq. nobis tradite Scripturæ, interpretum,

quos sancta, & vniuersalis IESV Christi vnamini confensi laudat, & approbat Ecclesia, depromamus. Hi enim quasi haec omnia Spiritu sancto per eos spirante, ac in ore illorum loquente: admirabili doctrina, varijs signis, & portentis, tanquam lucidissima astra, orbem terrarum illustrarunt: horum doctrina, & institutio, nullo vnuquam aeo, nulla temporis diuturnitate, aut commoueri, aut aboliri poterit; vt quæ omnipotenti verbo domini sit fundata. Christi enim Ecclesia, teste D. Paulo, columna est, & firmamentum veritatis: contra quam, ipse portæ inferni, iuxta diuinam & immortalē Iesu Christi promissionem, præualere non poterunt. Etsi enim mali & peruersi homines, aliquam eius partem, prius & alienis dogmatibus, perturbare, & transuersem agere possint; ipsa tamen nihilominus stabilis, & inconclusa, fundata super firmam petram, perpetuo manet: eiusque veritatis præsidio, cui inimitatur, & eam in omnibus sequitur, validè fulcitur. Qui enim ciues & domestici Ecclesiæ Dei sunt; idem per omnis veritatem sequuntur: vt qui veritati non adhaerent, illi itidem Ecclesiæ Dei membra, nullo modo esse posunt. Eiderū veritatis nos item insistentes, præsentem hanc sanam & incorruptam doctrinam, ad publicam utilitatem, ac verę fidei ædificationem instituimus: ac pro parte nostra in medium adferimus: et si, dum id facimus, multum in ea re, corum, qui diligunt Dominum, opes, & precibus opus habeamus: quo eius diuina, & coelesti gratia, mens nostra, in viam dirigatur pacis.

ANNOTATIONES.

Quas item & vos vt scribus, &c. Quām falsi utrīq; sunt: si enim vobis solas septem Synodos sequentur; neq; isti schismate, neq; illi brevi quicquam ipsa esset: cū in his septem abunde expli catum sit, quid de qua, re sentiendū: quid quoque loco habendum sit. Ideo

fit. Ideo autem septem solas amplectuntur Synodos: quod cum anterierat tacitas similitates tantum, cum occidentalibus iniurias alcident: tam ita post septimum Synodum apertos se boſtas latini sunt profecti, eosq; breves inseminate non dubitabant. Primum quod iam plane defuerunt foris aliquando, vt latini incredibili illorum ambitioni, cui semper mira obſtiterunt, eſent subscriptari: et qua, non solum ſe hic ſed ibi Patriarchalibus antefere voluerant, in quibus illi, qui columnæ inter Apoftolos dicebantur, conſiderant: Antiochenæ, inquit, Alexandrinæ et Hierosolymitanæ: sed etiam illi, in qua principiū ipse Apoftolorum Petrus conſiderat, et qui ex ore ipso Dominico summam Ecclesiæ Dei gubernande accepunt. Secundo, quod Imperatores corū, propter orientis imperij, ad occidentales Principes, ob heres, rerum p. Christianarum proditionem, precipua summorum pontificum autoritatē translationem, que circa illa tempora contigerunt: nibil eos compigne cum occidentalibus babere, nullamq; obedientiæ illius prefatione voluerunt: quod tamen a voluntibus, & sponte in omnem dispersionem effusis, facile impetrari potuit. Deinde, ob summum odium, maximamq; inuidiam: quam ex gentiis Bulgariae, & adulatorum aliorum Sarmaticorum populorum, ad occidentales Ecclesias, que in idem fere etiam tempus incidente acciſione, conceperunt. Demum, quod in consequentibus Synodis maxime de Sanctorum Imperio comprimendo, Terni, Sancta refugiata, delibebatur: cui pio coratu Grece, ob incredibilem, quod contra occidentales ex translatō imperio conceperunt odium, inquisitissime aduersatae sunt: illeq; quantum potuerunt, obſtiterunt. Postremo, quod in quarta Constantiopolitana Synodo, que vere & proprie octaua dicitur: & in qua, praeter trecentos octoginta septem Episcopos Vicarij omnium primarum fidium, ac ipse præfatus Imperator, adſuerunt evidenter quas, quam in alijs omnibus declinantur eis: quam potestatē & auctoritatē Romanus Pontifex, in Patriarchas Constantinopolitanos, habebat. cū in ipso corundem urbe Constantinopolit, trecentis octaginta tribus collecta Episcopis, Adrianus Romane Pontifex, Nicolai I. successor, per legatos suos, refiuentibus primum et reclamantibus Imperatoribus, potea autem apertientibus, & quasi penitentiam agentibus, ipsiusq; facti auctoribus: Phocium, ex Magistro curie, atq; militie Prefecto, à Michaele Imperatore, Patriarcham Constantinopolitanum factum, deicit: gratuiq; anathematice, cum omnibus sequacibus, percutit: ordinationeque, cuius abro-

gauit: Ignatium in sedens suam, quam totis duodecim annis integer-
rime statutus est, restituit: undeque, & quæ, & ex quibus Patriarchæ eligi, & creari deberent, docuit: atq; ita vniuersum Eccle-
sie illius statum & ordinem restituit. In eademq; Synodo decerni-
tur; omnes quidem bonoundiis Patriarchas esse, præcipue tam
Sanctissimum Papam senioris Romæ: nec oportere etiam senten-
tiam dicere in vniuersali Synodo, contra summos seniores Romæ
Pontifices. In eadem pulcherrimum illud Pj Imperatoris Basiliæ ex-
auditur, de Sedi Apostolice authoritate, testimonium: Neque e-
nim, ye sacramentis Patriarchæ ad proprium regredere turethro
num; Imperij mei opus, vel excogitatio facta est: sed multumante,
sanctissimus & beatissimus Papa Nicolaus, que circa illum erat
certissime discens, synodice decreuit; reddi ei ius proprii throni:
& anathema, cum tota Sancte Romanorū Ecclesiæ pronuncia-
uit; contra relistentes huiusmodi consilio ac sententiæ. Hoc au-
tem nos olim scientes, & pauentes anathematæ iudicium; pro-
mulgari, secundarie Synodico iudicio, Romæ Ecclesiæ neces-
sarium duximus: & huius rei gratia, redditimus ei proprium
thronus. Necq; illa cùl causa, cur Greci tantopere ostendit non
placeat Synodus. Quanquam & alij postea interfuerunt Synodis,
vndeceim & duodecim, Latrenensi, Florentine item, quam il-
li octauam vocant; & cuius Imperator, ipseq; Patriarcha, vniuerso
item Grecie Patres interfuerunt, campi manu sua obsignarunt.
Sed idem ody, & ambitionis extus, omnia dinceps evenerit ac pertur-
bavit. Eorum autem verum, quas diximus, autores eam ob-
causam hoc loco non appellamus; quia nemo, iam ex
Greci, quam ex Latini, eorum facultorum li-
fiorum scr̄pſit; qui non idem doceat, at
que testetur: tam ipsum octauo linea-
di acta, hoc idem clare
confirmant.



SYMBOLVM NICOE-

NVM APPROBATVR: PROPRIVS
GRÆCORVM DE PROCESSI-
one Spiritus Sancti error
ascribitur.

Caput I.

RIMVM I GITVR CA-
put confessionis vestre, vniuersum
Christianæ fiduci dogma: id autem
sacrū sancte vniuersali Nicœn syn-
odi complectitur Symbolum; de
vna, in tribus personis, omnia exce-
dente natura, & substantia Diuina.
Quod quidem preclarè à vobis teneri, ac piè prædicari,
libenter confitemur: præter quād Nicœna Syno-
dus, & reliquæ cum ea consentientes, omnes decreuer-
unt; Spiritum sanctum ex ipso solo Patre procedere.
Quod quidem sacra illa & incorrupta fidei Christianæ
confessio, sacram, inquam, Symbolum, hoc ita eſe difer-
tissimis verbis explicat; Spiritum scilicet Sanctum, ex fo-
lo patre procedere. Quam quidē sententiam, à trecentis
decimocto plenis Deo patribus, in Nicœna primum Sy-
nodo propositam, deinde in Constantinopolita à cœ-
tum quinquaginta confirmatam: quam reliquæ item v-
niuersales quinque synodi, nihil addentes, nihil detrahē-
tes, verum in idem planè uno Spiritu sancto conpiran-
tes, obsignarunt: qua denique tot sanctissimi viri, qui in
medijs illis temporibus claruerunt, à sacris synodis edo-
cti, confessi sunt: nos item cum illis omnibus, Dei gra-
tia sequimur, atque confitemur. Quem quidem sensum
preclarè illius confessionis esse, ex ipsius Symboli ver-
bis

bis, quod in medium adferimus, facilius quam aliundè, perfici potest. *Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem cali et terræ, visibilium omnium, et invisibilium.* Et in unum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, et ex patre natum ante omnia secula. Lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, non factum: consubstantiale patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostrum salutem, descendit de cælis: et incarnatus est de spiritu Sancto, et Maria virgin: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturam. Et ascendit in calum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis. Erit in Spiritum Sanctum, Dominum, et unificantem: qui ex Patre procedit: qui cum patre et filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam, Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. *Erit vitam venturi secuti.* AMEN. Atque hic quidem est ille vere, & incorrupte fidei thesaurus: ab ipso Spiritu sancto, ne quid ex eo aut auferatur, aut aliquid alienum, & adulterinum illi addatur, sancte obligatus. Hæc est illa diuina, sanctissima, perfecta, ac vniuersalis, per orbem terrarum fusi populi Christiani, testisera. Hæc est illa communis confessio, omnium sanctorum Patrum. Hic est certissimum vniuersale Christianæ fidei limes: quem in pectore nostro recondentes: quem utriusque manibus amplectentes: quem ubique magna libertate & alacritate confitentes; veluti quoddam celeste, integrum, & incorruptum, nullaque parte conformatum, sanctorum diuinoq; numine afflitorum hominum depositum, ad extremum usque finem vitæ nostre con-

strę conseruabimus. Quo precibus & intercessionibus corum, qui nobis cam fidem exposuerunt, atque sancte conferuarunt, tanquam mundam hostiam, cam pulcherrimam confessionem, & nos ipsi Sanctissime Trinitati offerentes; ab æterna liberemur damnatione, ac semper in Christo coelestis regni ipsius possessione potiamur. Quod ut consequamur gratia & misericordia Christi nostri, etiam atque etiam vehementer oramus.

ANNOTATIONES.

Nicæna Synodus. *Nisi quæ hoc decrevit Nicæna Synodus, in cuius Symbolo, non plura de Spiritu Sancto pronunciata esse, quam illud, Et in Spiritum Sanctum, testantur alia ciuidem Synodi: testantur duo grauiissimi auctores, illi, in temporibus proximi, D. Basilius, acq. Gregorius Nazianzenus. Basilius verba in Epistola quadam ad Ecclesiam Antiochenam hec sunt: Quoniam vero doctrina de Spiritu sancto indefinita est, quod nondum comparent impugnatores Spiritus Sancti; an condemnanti sint, qui Spiritum sanctum creare, & seruulis naturæ dicunt, in ea Synodo, nulla facta est mentio: nihil enim prorsus creatum est in diuina & beata Trinitate. hec ille. In Constantinopolitana iijtūr decimam secundam concilii Syro, que contra Eunomium, Photinum, Macedonium, Constantinopolitanum Episcopum, qui negabat Spiritum Sanctum Deum esse, eumq; inter creaturas imponebat, collecta fuit; hoc totum additum est: Et in Spiritum Sanctum, Dominum, & viuificantem: qui ex Patre procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. In Romana autem Synodo, quam in idem tempore frequentissimam contra Arium, Macedonium, Photinum, Appolinarem, Damasus Romanus Pontifex, Rome congregauerat: & in qua item Petrus, Alexandrinus Patriarcha, adjecit; hoc ipsum Filioq; per quandam Constantinopolitanæ Synodi interpretationem, additum fuit. Cum enim centum quinquaginta illi Patres, qui item à Damaso, opera Theodosij Imperatoris Constantinopolitanus vocati erant, omnino, cum propter persequitionum vim, a quibus necdum, exitiosissime urgente atq; defendente, Arrianam &*

Macedonianam impietatem, Constantio atq. Valente, restringant, tum propter Hereticorum infidias, quas illi abscibunt, Ecclesiis illorum struxerint, ipsamq. itineris longitudinem, & difficultatem, Romanum ipsi venire non posent: eam de Spiritu sancto confessio- nem, per Eusebium, & Priscianum Episcopos, legatos ad Damas- sum, ceterosq. Patres, confirmationis causa, Romani miserant: quam per omnia idem sentientes sancti illi Patres, unde cum Damaso pontifice, approbarunt: hocq. solam, quod dictum erat, qui ex Pa- tre procedit, per additionem buius particulae Filioq. propter eos hereticos, qui tam dicebant, Sanctum Spiritum per filium fasce factum, quos ibidem sancta anathematisat Synodus; & qui nudem Spiritum Sanctum, sibi quidem filium, patris autem necponem dice- bant; sancte & per interpretati sunt. Ita ex utriusq. partis orbis terrarum sententiariam collatione, una perfecta, de Spiritu Sancto, confessio, conscripta fuit: cum ebe Spiritum vivificantem, qui ex Patre, Filioq. procedit: qui cum Patre & Filio, simul adnotatur, & conglorificatur. Qui quidem sancti patres, tam illi, qui Constantiopolis cum Imperatore, quam illi, qui Rome cum Damaso congregati erant; et si loco distincti fuerint, re tamen unum concuer- sa, concilium constituant: cum & ab eodem, et sub eodem capite, congregati fuissent: & in eodem spiritu, & eiusdem Spiritu sancti causa, ad eosdem itinera hereticos mandando, & coniungendo, collecti essent; ex mutuaq. sententiariam collatione, & approba- tione, unum universale symbolum ediderant. Quorum deinceps sen- tentiam, sine villa controversia, conuersa Ecclesia fecerat, usq. ad octauam synodum. Nam tam demum, post octauam synodum, eam, de Spiritu Sancti processione, tragedium, recentiores Greci odi, & malevolentia excitavant. Constantie omnia primum ex Epistola ea, qua orientales patres respondent Damaso; causam, cur Romanum venire non posent, explicantes; constat item ex eiusdem Damasi Epistola, qua Constantinopolitanis respondent Patribus, eorumq. decretis approbat: constat ex Actis corruq. Concilij: constat ex lib. 9. Tripartite bisforiar cap: 16. constat ex Hugone Esteriano, libro 3. de processione Spiritu sancti, cap: 16. & alijs multis au- toribus, antiquae & veterissimis, fideq. dignissimis.

Omnis viuantes Synodi obsignarunt, nihil addentes, ni- hil detrahentes, &c.

Duce

Duce sunt partes viuenteri pr. et extitut, quo Greci in quisitum scismatis suum, in questione, de Spiritu Sancti processione, velare, ac veluti integrum quadam tegere volant. Primum falso, Latini, contru. falso, non potest eam de Spiritu sancto confessio- nem, per Eusebium, & Priscianum Episcopos, legatos ad Damas- sum, ceterosq. Patres, confirmationis causa, Romani miserant: quam hoc recte & vere dicatur; non tamen illos, vel hoc, vel aliud quicquam facio symbolo adjuvare debuisse. Et cum primum il- lud manifeste sit falsum, & erronem, ut paulo post docimemus; posterius hoc, in quo se arcem negocii tenere putant, Canone potissimum Ephesini Concilij septimo, confirmant: cuius illa sunt verba. His igitur recitatis, *(Canones autem Nicenaei Concilij tum lecti e- sunt)* constitutis sanctum Concilium, vt nemini licet aliam fidem, vel proferre, vel conscribere, vel componere; quam eam, quae praedita, ac perscripta est a sanctis Patribus, qui in Nicenorium vrbe, cum auxilio Spiritus sancti, coacti fuerunt. Qui autem audeant aliam fidem vel componere, vel producere, vel pro- ferre, voluntibus converti ad agnitionem veritatis, siue ex Gentiliis, siue ex Iudaismo, siue alia quacunq. fecta; si hi siquidem Episcopi aut Clerici sint; isti ab Episcopatu, hi a Clero remoue angor, ac prohibeantur: fin autem laici sint, vt extrema detesta- tionis & execrationis, percellantur. *bacenus sancta synodus E- phesina.* Quo quidem Canone docent Greci, post duila accume- nica Concilia, Nicenam, inquit, atq. Constantinopolitanum, ita symbolum, ita fidem Christianam, ab Ephesina synodo conclusam & obsignata ebe; & illi nihil amplius a quoquam mortalium addi, aut adjuvare licet. Quod cum Latini in buius particulae adie- tione Filioq. sint auctoriter illos sapientio anathematis subiacere, sed iuste ab illorum coniunctione & communione disiunxisse. Atq. hic est ille summus Grecos scismatis Aries, maximum presidium. Verum longe aliam mentem sacri Canonis esse, quam illi putant, vel ipsa Canonis verba clare docent. Primum enim, vbi dicit, Ne quis aut Episcopus, aut Clericus, aut laicus, quicquam adjuvere au- deat: proculdubio singulos & priuatos homines; non autem uni- versam concilium vel publicam autoritatem intelligit, quod pleni- nus ipsa Canonis occasio indicat. Cum enim post Nicenam, atque Constantinopolitanam Synodum, singuli ferè Episcopi, in suis Di- oecesibus, sua conscriberent symbola: caque populus sibi subjectis pro- ponenter: nec Episcopi tantum, verum & laici nonnunquam: eaq;

B y

cum

tum collectus demum cunctis libris Synodis, publicè unusquisque ambitiose legit, ac recitari in Synodo vellet: et postea quā tunc Iudeo-doti Mopseri Episcopū symbolū, à Charioto presbitero Philadelpho, sacro etiam Episcopis concilio oblatum, publicè, lectum est: in eaq. re plurimam periculi, et confusonis, moreq; et ambitionis, saepe animadversitatis inesse Synodus; statim post eius lectionem hunc tulit Canonem: Ne quis in posterum, aut Episcopus, aut Clericus, aut laicus, suum proferat symbolum: hocq; genere & vnitatem fidei Catholicę turbet: nouisq; erroribus occasionem praebeat: et Sacras Synodos impedit: tempusq; frustra extrahat; sed vt omnes communem fidei, à trecentis decemcta sanctis Patribus, in Nicœna Synodo, formulam conscriptam, sequantur, illiq; adhærent. Secundò, cùm idem sanctus Canon doceat, Et ne quis aliam fidem proferat, aut conscribat, manifeste explicat; non illud probaberit, ne quid Symbolo conueniens & consonans interpretationis causa addatur: sed simpliciter, ne quis aliam fidem conscribat; hoc autem est, diversum, pugnantem, planeque contrarium ab illa, quam sancti tradidérunt Patres. Quomodo hoc nostro infelici tempore multi exorsuntur nebulae, qui vel Ebionem, vel Cheryntum, vel Arium quandam sequuntur: Lutherum item, aut Calvinum, aliam fidem compone non erubescunt; suaq; somnia pro cunctis aliis Canone, & Regula fidei Christiane, misericordia populus, obtrudere non verentur. Tertio cui dicit, compонere, producere, profere, conscribere: non excludit interpretari, explanare, illustrare: que longe diversa sunt, & nonnunquam plane necessaria. Non illud gitor facer Canon docet: nihil simpliciter symbolo addendum est: sed hoc potius: nihil priuata auctoritate, nihil priuato sensu, pugnant preseptim, & diversum aut contrarium, his, que a scriptis Synodis instituta sunt; conscriptioni fidei apponendum est. Quāquam autem ex his ipsiis Sacri Canonis verius hoc ita est clarissime demonstratum est: tamen & aliande hoc idem manifestissime doceri potest. Nisi enim symbolo aliquid adhuc licet; tum continget aliquid, ut quod corde creditur ad illud, id ore conscribi ad fastigium non permitteverat: contra quam D. Paulus docet atque precepit. Deinde, si amplius negare illustrare, neque amplificare, neque obscuram in fide Christiana explicare posse concilium Episcopis licet; frustra igitur paulo postea Eutichen sexcentorum quadraginta Patrium Cbaledonii concilium conuocatum fuit frustra & alie-

que

que post consequente sunt synodi: que non aliam ob causam consuecabantur, quam, nouis erroribus & hereticis exortis suis, illufrande & explicande fidei Christiane causa: videlicet, Anathematizati subiecta erunt consilia omnia. Verum ut propriis ad id quod totam causam continet accedamus. Fuit idem penitus Canon iisdem seruè verbis à Nicœna etiam synodo prescriptus, qui quanquam multa alia nunc in aliis ciuis synodi non reperiatur; in ea tamen Epistola Liberij Pape, quam ad B. Albanius Alcandri Patriarcham conscripta, & que sic incipit: Iam à principio accipimus à Beato Petro princeps Apolotorum, Et ceteris verbis legitur. Prædicta namq; vti legimus, sancta decreta Nicœna Synodus, aliam fidem nulli proferre licere, aut conscriberet, aut compone, aut sapere, aut aliquid dicere, nec aliquid in fide vel intelligere, quod horum Patrum decretis contrarium sit. Qui vero aliam fidem proferret, aut docere, aut aliud symbolum tradire illis, qui ad viam veritatis, de qua unq; fidei, velint conuerti, aut ex iudaismo, aut ex Gentilitate; si Episcopus sit, aut Clericus, punietur: Episcopus ea dignitate, & Clericus clero: si vero Monachus aut Latus, anathematetur. Recognoscimus eadem verbis, tandem, verborum sententiam concili Nicœni: que fuerunt Synodi Episcopis. Si igitur Canon hic banc sensum habet, ut non liceat quicquam Symbolo addere: vti quidem Greci putant: scilicet igitur erit eidem anathematizandum, quod paulo post sequutum est generale Constantiopolitanum concilium: ipse si ad eum magnus ille Theologus Nazianzenus, quem ex sententia omnis ecclesie Synodi: propter eius præstantem doctrinam, qua tum excellebat, inter omnes symbolum illud conscriptis plurimi censem. Multa enim, ultra ea, que Nicœna continebantur symbolo, vel illustrante, vel explicante & veritatis causa, in ea synodo adiecta fuisse, multa detraha; & non aliunde melius patet, quam ex utriusq; symboli mutua collatione. Et Nicœni quidem symboli forma haec est:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium, & inuisibilium conditorem. Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, de Patre natum, vngeneratum, id est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, consubstantiale Patri, hoc est, eiusdem cum patre substantia: per quem omnia facta sunt, sive, que in celo, sive, que in terra sunt. Qui propter nos

B ij

homini-

homines, & propter nostram salutem, descendit: & incarnatus, & homo factus, passus est: & resurrexit tertio die, & ascendit in celos, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat aliquando, quando non erat: & antequam nasceretur, non erat: & quia ex non extantibus certus est; aut ex alia sufficiet, vel substantia dicens esse, aut concurribilem, aut mutabilem filium Dei; hos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Constantinopolitanum autem b.e.c.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli ac terrae, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia fœcula. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homoufum patri, hoc est, eiusdem cum patre substantia, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, homo factus: crucifixus est pro nobis, sub Pontio Pilato, & sepultus: tertio die resurrexit, ascendit ad celos, sedet ad dexteram patris; iterum venturus est in gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, dominum, & vivificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadrandum & conglorificandum: qui loquutus est per Prophetas. In unum Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptismum, in remissione peccatorum: expectamus resurrectiōnem mortuorum: & vitam futuri seculi. Amen.

Vix multa detraicta, multa addita est: quis non videt eis in quibus hoc est, incarnationis de spiritu sancto, ex Maria virgine: & hoc, & factus est: & hoc, sedet ad dexteram patris: & hoc, cuius regni non erit finis: & alia, que sequuntur, ad finem eorum symboli. Sed & Episcopina Synodus, eidem subiacebit anathemati. Multa signidem & ipsa illustravit, ad fidem Christianam pertinentia: multa addidit: multa interpretata est. Et quoniam hec clarissima sunt; tamen si demonstrauerimus, eundem Spiritum sanctum, qui & in Nicena prius, & postea in Episcopina Synodo, eius Canonis auctor fuit, & magister, insomnis eiusdem interpretem, ac enarratorem, in consequenti Chalcedonensi Synodo fuisse, longeque alium sensum eius esse docere: non amplius quidquam ad eam causam confirmandum de-

dam desiderari poterit. In qua igitur vniuersali Chalcedonensi Synodo, cum Eutiches, qui naturas in Christo confundebat, libellum sacre Synodo obtulisset, neq; quidquam aliud sentire professus fuisse, quam id quod in Niceno symbolo per scriptum esset; ubi ne verbum quidem ullum de distinctione naturarum possum erat. Indeque, cum Patres ipsos cobortaret, ne aliud symbolo contra Episcopina synodi addantib; beo inter cetera dixit: Hanc, inquit, fidem, memorata haec anterior sancta & vniuersalis synodus confirmavit, cuius Præfatu fuji beatæ & sanctæ recordationis Pater noster, & Episcopus Cyrillus, & tamquam definitionem protulit. Qui præter ista addiderit aliquid, aut inuenierit, aut docuerit; cum damnationibus, que tunc scriptæ sunt, subiacere: quorum exemplaria in codice definitiū mihi memoratus Pater noster, & Episcopus, Cyrillus, que & piè in manibus habeo. Subiiciens igitur me ipsum sanctæ synodo; definitionem eius vñque nunc custodiui. Quæ vbi publice lecta sunt; responsum est Eutichis, à sanctis Patribus primum per Eusebium Episcopum Dorithei: Mentitus es: non est definitio talis: nō est regulæ hæc præcipiens. Deinde per Diogenem Episcopum Cypr. Dolose, inquit, proposuit synodus sanctorum Patrum; que in Nicœa facta est. Accepti namq; additamenta à sanctis Patribus; propter peruersum intellectum Appolinarii, & Valentini, & Macedoni, & qui eis similes sunt: & additum est in symbolo sanctorum Patrum; Qui descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine. Hoc idem igitur & ipsi sibi dictum putent, & sexcentis quadragesinta sanctissimis Patribus, veteris, Grecia dignis; eos mentiri, doloseq; eodem modo, in allegatione istius Canonis agere. Quid enim hac interpretatione clarissus quid illis verbis Spiritus sancti illustrius esse potuit? Ruit igitur firmamentum Grecie: detractionum est velamen maliciose Schismatis, cum neque diversum quidquam, neque priuatum auctoritate, symbolo Latint addiderint; sed potius ex sententijs veterum, tam Grecorum, quam Latinorum Patrum, ut post docebimus, nouis heresis vngentibus, illud interpretati sunt: cum in prioribus illis vñiversalibus synodis, nondum planè de Spiritu sancto, totum dogma definitum, aut explicatiōne fuerit: uti quidem magnum illum Basiliūm, in ea, quam scribit, ad Ecclesiam Antiochēam, Epistola, testari superius diximus. Sed & Patres ipsos temporis illius, imprimis autem Basiliūm, quem Chalcedonensis synodus ministrum gratias, & cum

& cum qui primus doctrinam de Spiritu sancto illustrauit, appellare solet; multa indefinite, multa minus clare, de Spiritu sancto, ac quasi dissimilanter dixisse, ex quadam Epistola Gregorii Nazianzeni perspicitur: ubi eam querelam, quam Philosopher quidam contra Basilium magnum, atq. adeo ipsam Gregorium, in quadam coniunctio proposituerat, bis verbis exposuit. Coetera quidem laudentur viri illius, si ita libet, nec ipse quidem contradicito: coeterum quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxia nomine, frustra laudatur Basilius: frustra Gregorius: ille, quia veritatem suis disputationibus prodit; hic quia tollerantia sua, proditionis sicutum se praebet. Audiui siquidem Basilium magnum, de patre quidem, & filio, optimè ac præstantissime, atque ut vix quisquam alias facile queat, differenter: Spiritum autem sanctum conuenientem, ac deincepsent. Ac cum liberam Gregorij confessionem Spiritum sanctum Deum esse confitenti, idem Philosopher attulisset: de Basilio ibidem sic inquir. Basilius autem fidei doctrinam obsecrè subindicit, ac velut adumbrat, nec veritatem liberè profitetur. Ac deinde, que ipse Gregorius in Basili defensionem dixerit, paulo post subiicit. Quoniam, inquit, ego in obscuro positus, ac plerisque incognitus; sic, ut nec quo loquar, nec an loquar, ferme homines sciat; tutò philosophor: illius autem maior habetur ratio, ut potè & à seipso clarioris, & ab Ecclesia: tum etiam, quia id omne, quod dicit, in publico hominum cœtu dicit: grauiq. hereticorum ballo vrgetur; nudam præterim à Basilio vocem arripere querentium, ut eo, (qui solus ferme reliquis est veritatis fomes, vñq. vivifica) yincis omnibus capitis, ac subiugatis, ex Ecclesia pullo, & exturbato; malum istud in ciuitate radices agat: atque ab hac Ecclesia non fecus, atque ex aggere quodam & propugnaculo, terrarum orbem peruerat, ac populetur. Praefare itaque veritatis doctrinam cautiùs aliquanto, minuq. libertè, propter, temporiq. quasi nebulae cuidam edere; quām eam aperte prædicatione opprimere. Deinde ipsam alloquuntur Basilius: ab eo, petit, ut, quantum in doctrina de Spiritu sancto sit prædicendum, quid de ea prænunciandum ipse pater, sibi explicet. Tū vero diuine vir, & factofancte, facito, ut nos doceas, quoq. in disputatione de Spiritu sancti diuinitate progredi; quoq. voces vñp̄pare: & quoq. cautione, certa q. dispensatione ybi debeamus: ut ea, aduersus eos, qui contradicunt, in promptu habeamus. Quid idem in eius laudibus

ipsdem fe-

ipsdem ferè verbis prolixius docet. Sed b. ec quidem baſtēn-

*Quod idem Sanctissimi viri, qui medijs illis temporibus vive-
runt, confesi sunt.*

*Cœca esse eorum, qui nocere volunt, consilii, præclarè dixit quia-
dam. Euenit enim plerunque, ut non modo falsa dicere non a-
nimaduertat, verum etiam pugnantia: ac non tantum cum alijs,
sed etiam secundis pugnare. Quod idem in hac causa, Græcis am-
bitiōnē elati, euēnīs video: nam et hoc falsam est; veteres Patres
ita, ut isti dicunt, sentire: & isti non magis cum latini, quam cum
ipsis Græcis incanti, & imprudentis, in hac parte pugnant. Et de
Latinis quidem nibil attinet dicere: de Græcō paucis id quod pro-
possumus demonstrum. Duo sunt potissima Græcia lumina, D.
Basilius, atque Gregorius, quos isti maxime sufficiunt, ac eos se in
omnibus sequi præfipientur: vorum exterque eam proponunt queſitionem: Cur Spiritus sanctus non dicatur filius filii. Quid nunquam
Facerent: nisi cunctem, quemadmodum à Patre, sic & a filio proce-
dere iudicaretur. Juuat ipsius Basilius hac de re verbis audire. Hic i-
gitur lib: 5: contra Eunomium, eam in hunc modum proponit queſitionem. Quare inquit, & Spiritus sanctus filius filii non dicatur;
& statim responderet: non illud quod isti volunt; quod ex filio non
procedat, ex coqu saūm eſe non accipiat, (quod quidem proxime ē
proprii, si sit iudicaret, dicendum fuit,) sed contrarium. Non,
inquit, propter hoc, quod non fit ex Deo per filium; sed ne Tri-
nitas exigitur multitudine infinita, filioq. ex filiis, ut fit in ho-
minibus, fuscipere iudicetur. Sed dices, inquit, si Dei imago est
filius, filii autem Spiritus sanctus: quare filius, Spiritus sanctus non
dicetur? hoc enim fortissimo arguento ad suam impietatem fir-
mandam abutuntur Eunomiani: aut enim filium, aut creaturam
iubes sufficiari. Cum autem filius non appelleret: propterea cre-
aturam esse dicas illum, qui creaturam sanctificat. Hec Basilius.
Quid bis verbis clarius eſt? quid hoc consequentia magis perfici-
um? Quid enim necesse fuit D. Basilio alias causas eius rei que-
rere, cur Spiritus sanctus, filius filii, non dicatur: et non simpliciter,
illam, que verisimilis, et simplicissima eſet, adferre; quod scilicet ex
filio ita non procedat, quemadmodum ex patre filius generatur; si id
tantus vir sensisset? At non dicit hoc, sed contrarium potius. Sicut,
inquit, filius se ad patrem habet; sic & Spiritus ad filium. Propte-
ra, inquit, & Dei quidem verbum filius eſt, filij autem verbum*

C

Spiritus.

Spiritus. *Idem ferè dicit magnus Athanasius in Epistola ad Serapionem:* Talem inquit, habet ordinem & naturam Spiritus erga filium ; qualem habet filius erga patrem. etc. *Quid bac oratione clariss è quid explicatis, aut quid cudentis dici potest?* *Nis forte illud à nobis expectat, dum ijsdem quoque verbi, ex patre filioq. procedere, ijsos corundem orientales patres ijsos fuisse, doceamus.* *Pareamus igitur et in hac parte illis.* *Audiant primum D. Athanasium Alexandri Patriarcham in Dialogo, quem in Synodo Nicæna contra Arium habuit, ita dicentes :* Siquidem Spiritus ex patris filij. substantia non est : *cur filius, cum sanctum Baptisma suis discipulis tradaret*, de eo fecit mentionem dicens: Euntes in mundum viuferum &c. *Et alio loco.* Ipse, inquit, spiritum dat, & quemcunque spiritus habet, à verbo habet. *Et ad Scorpionem scribens :* Spiritus inquit, à verbo accipit, iuxta Dominum vocem: De meo accipiet, & annunciat vobis. *Et in illo, cunctis orbis terrarum iudicio omnibus seculis approbat, symbolo :* Pater inquit, à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius à patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. *Et in sermone de incarnata dispensatione :* Ne credit quis, quod is quod non habebat accipiebat : *est enim supernè demittebat, ut Deus;* & *infernè ipse eum suscepiebat, ut homo.* ex eo igitur in eum descendebat: ex eius deitate in humanitatem ipsius. Audis: ipse superne mittebat ut Deus: & ipse ipsum infernum suscepiebat, ut homo: & veluti Deus mittebat, veluti homo recipiebat: nam totus erat in terra ; nulloq. modo à celo aberat: quippe, cùm in eo omnis deitatis plenitudo corporaliter resideret. Cum ergo carne esset circumscriptus, in lordanum suscepiebat: sed deitate cùm esset incircumscripitus, paternum finum non relinquebat, vnde ex eo in eum descendebat. Ideo nihil prodebat, quod à vobis allatum est; immo pro nobis videtur facere, vobisq. magnum importat detrimentum. *Audiant D. Epiphanius, qui sic in suo Augyrtoro sermone inquit :* Spiritus sanctus ex patre & filio, tertius nominatione. *Et rursus.* vterque habitat in iusto homine; Christus & Spiritus eius. Quod si Christus ex Patre creditur, Deus ex Deo ; Spiritus quoque ex ipso, vel ex vtroq. quemadmodum ait Christus: Qui ex Patre procedit, & hic ex me accipiet. *Et iterum.* Sed dicet quispiam: Ergo duos filios esse dicimus: & quomodo est

modo est vnigenitus? at quisnam es tu, qui contradicis Deo? Si enim filium nominat, qui ex Patre est, Spiritum vero sanctum, qui ex vtroque etc. *Et rursus.* Spiritus sanctus, spiritus veritatis est, tertium lumen à Patre & filio. *Et demum.* Quemadmodum enim nemo nouit Patrem, nisi filius, nec filium nisi Pater; ita dicere audeo, nec spiritum nisi Pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit; neque filium & patrem, nisi Spiritus sanctus, qui verè glorificat, qui omnia docet, qui ex patre & filio est. *Audiant aurum illud os Chrysostomum, in expositione Symboli Homil. ad Neophytorum.* Ille est spiritus procedens de Patre & filio, qui dividit propria bona singulis pro ut vult. *Et in alio Sermone.* Itaque credendum esse dicimus, spiritum sanctum Patri esse & filio coqualeum, & procedentem de patre & filio. *Ita et alio loco, fonti qui deum patrem, fluuius autem filium, aquæ et verò, que inde hauritur Spiritum sanctum, testimonio utens Domini comparat, qui ait: Qui bibitur ex hac aqua, quam ego dabo ei; non sitet in eternam.* *Audiam Gregorium Nazianzenum, qui sic inquit :* Item aliam differentiam intelligimus, vnum nempe propinquum ex primo, scilicet, filium ex patre; alium autem ex propinquo, Spiritum sanctum ex filio. *Audiant iterum illustratorem illum doctrinæ de Spiritu sancto Basilius, qui in codem lib. 3. contra Eunomium sic inquit :* Fuite vnuquam homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innovantes induceret? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? dignitate namque ipsum secundum a filio, cùm ab ipso effice habeat, & ab ipso accipiat; & annunciet nobis, & omnino ab illa causa dependeat; pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, nec à diuinis scripturis dociti sumus, nec à dictis possibile est, consequenter ratiocinari. Nam quemadmodum filius ordine quidem à Patre secundus est: quoniam ab illo & dignitate est, qui origo atq. causa estendi, Pater iphi est: & quoniam per ipsum accellus & adductio ad Deum Patrem est; natura vero nullo modo secundus, quoniam in vtroque vna est Deitas; ita videlicet & Spiritus sanctus: esti dignitate & ordine secundus à filio est; non tamen verisimiliter aliene ipsum esse naturæ inde consequetur. *Et in eo capite quod inscribatur:* *Quod spiritus diuina natura est:* Spiritus namque inquietus, viuenti verbo ad creandum adiunctus, viuens potentia diuina, natura ineffabilis, ex ore ineffabili manifestata, ineffabiliter per

Iter per sufflationem ad hominem missa, & secundum corporalem à Christo monstratam figuram, rursus ab eo per sufflationē reddita: conuenire namque decet creationi nouam reparationē. Conuenientiam autem figurauit, sufflans; quod non est alius praeter illum, qui à principio sufflauit; sed idem, per quem Deus sufflauit; tum quidem cum anima, nunc verò in animam. *Audiant Cyrrillum non in uno sed in multis locis, ac primo in expositione Ecclesiastice super illum locum:* Effundam à spiritu meo, sic ait: In quantum enim Deus ex Deo, secundum naturam filius est, cùm natus sit ex Deo & patre; proprius eius, & in eo, & ex eo, spiritus est: quemadmodum, & de ipso Deo & patre intelligitur. Et ex eo est, inquit: & ita ex eo; quemadmodum de ipso Deo & patre intelligitur; omne dubium querentibus causam tollens. *Idem rursus in sermone ad Theodosium Imperatorem:* Baptisatem, inquit, Iesum in igne & spiritu sancto; non alienum baptisantis effudit spiritum, seruiter & instrumentaliter; sed tanquam Deum secundum naturam cum autoritate summa, qui ex eo, & proprius eius est. *Et iterum in Thessaliorum:* Legem igitur cùm fecerat Christus, ita condit eam, tanquam in eo, & ex eo, sit spiritus eius. *Et rursus:* Nullam igitur natura differentiam filii & Spiritus sancti Paulus nouit; sed tanquam ex eo, & in eo, naturaliter sit, Dominico nomine eum vocat. *Et in expositione noni Anthemios:* Homo factus inquit, vniogenitus Dei filius, non minus permanit Deus, omnia habens quacunq; & pater; praterquam quod non sit Pater: & proprium habens, qui, ex eo, & in eo indicat est Spiritus sanctus. *Et alio loco:* Procedit quidem Spiritus sanctus ex Deo Patre, secundum verba salvatoris: non tamen est alienus à filio: omnia namq; cum patre habet. Et hoc ipsi metuit dicit, dicens de Spiritu sancto: Omnis quacunque habet Pater, mea sunt: ideo dixi vobis: ex meo accipiet, & annunciat vobis. Nam esti à patre procedere Spiritum sanctum Salvator dixit, non minus tamen est etiam Filius. Et autem Filius, quemadmodum & patris. *Et in Epistola ad Neophyton:* Esti est, inquit, spiritus in propria hypostasi, propter spiritus est nos filii; non tamen ab eo alienus. Profuit enim ex consueta ex Deo & patre. *Et in sermone ad Theodosium Imperatorem:* Non ex mensura (inquit secundum Ioannem) dat spiritum filius; sed ipse cum ex se ipso emitit, quemadmodum de ipso Pater. Quare B. Paulus omni in hoc diffe-

hoc differentia postposita, nunc quidem Deo & patri illum attribuit, nunc rursus filio. *Et in illo que ad Palladium in forma Dialogi scribit:* Mutabilis verò minimè inquit, est spiritus. Nam si mutabilitati subiacet, ipsi diuinæ naturæ iste defectus ascriberetur: quidem Dei & patris, nec non & filii est, qui essentialiter ex utroque, scilicet ex patre per filium, profundit spiritus. *Item in quanto ad Hermiam, reddens casum, cur spiritus filii, dicatur spiritu:* Cuiusnam, inquit, proprium dicimus esse Spiritum sanctum? Vtrum filius Dei, & patris? an etiam filii? an & disiunctum utriusque & simul amborum, tanquam unum ex patre per ipsum proper identitatem & essentiam? *Et in septimo ad Hermiam.* Inhabitant enim fibi, & insitum quis haberet eum, qui natu rā & verò Deus est, (de filio dicens) cum spiritum accipiat, qui non a licenzi & essentia disiunctus ab eo est; sed qui ex eo, & in eo, & eius proprius est, & aquæ atque ille, Dominus est? *Et post pauca:* Misi autem nobis è coelo paracletum, per quem, & in quo nobiscum est, & in nobis inhabitat: non alienum in nobis affluisse; sed qui essentia fuit, & patris sui proprius est spiritus. *Obsequium rem totam prime synodi testimonio, que dicit,* Spiritum sanctum ex patre procedere; proprium autem esse filii, & ab eo feature. *Vnde manifestè constat falsò istos dicere, omnes sancti Patres disuersam quid à Latini sensisse.* Et non minus ab illis, quos doces sequuntur, quam à nobis disidere, ac & quæ ab utrisque iniquo Schismate disiunctos esse. Cum inter veteres Graecos et Latinos, nulla sit in bac parte differentia; præter id, quod Latini quidem sammam quandam Patrum et Filij regulariter declarantes, particulariter, Ex, que parem quandam, et ea qualiter vim designare solet, existunt: Graeci autem veteres ordinem quandam in diuinis connotare volentes, scipi particulariter, Per, magis ad eam rem comparata uti solent: ita ut dicant, Spiritum sanctum ex patre per filium procedere. *Quomodo Basiliss, Gregorius Nyssenus, Damascenus, et alijs se ipsi loqui solent;* uti quidem doctissime, doctissimum ipse, in eo libello, quem bac de re ad Laetabarum conscripti, annotauit Bessarion, quorum veterum patrum schismatis damnato, Latini se adiunxerunt. Neque vero aut veteres Graeci, aut ipsi Latini, dum Spiritum sanctum ex patre ex filio procedere dicunt, hoc ita intelligent; ut aut duo principia Spiritus sancti constituant, aut patris et filii personas confundant, aut aliquam diminutionem personarum, vel imperfectionem processio-

processionis faciant: que omnia imperit & malitiore noua Gracia nobis obiect. Quod ita esse ut rectius intelligatur, sem totam paucis et est, penitus explicemus.

Cum igitur una quæque res aut persona duplicitem quodammodo habeat formam & proprietatem: aliam quidem communem cum ceteris eiusdem naturæ & generis rebus: aliam autem sibi propriam & immediatam; que & persona eius constituit, & ab alijs eiusdem generis rebus cum distinguat, & ex qua omnia que sequuntur promanant: quam, personalm, constitutum, particularm, incommunicabilem, immediatum, principium individuationis Philosophi appellare solent. Vnaqueque item simili modo in diuisis persona, bac utraque preedita est forma & proprietate: quia cum ad eam patris quidem persona, communem habet formam, qua cum filio & Spiritu sancto communicat ipsam Deitatem; secundum quam unus est cum illis Deus: habet autem & aliam propriam, que eius propria constituit personam, eam scilicet filio & Spiritu sancto discernit; à qua item prima operatio, est, immediata proficitur, quam ceterae omnes consequuntur. Et forma quidem ista, atq; proprietas paternitas ipsa, à qua & nomen, & rem ipsam patrem accipit. Prima autem & propria operatio, generatio ipsa: generare siquidem prima & immediata est operatio patris. Cum igitur hec sit prima, & immediata, & incommunicabilis patris proprietas, cuiusque persone constitutiva: bacq; ipsa prima eius propria operatio, generare inquam; necesse est omnes alias eius consequentias esse: non ut accidentia, quod in Deo non est: sed secundum naturam, & essentialiter. Ut enim prima & immediata cuiusque operatio, ab eius constitutiva forma pendet: ita omnes alias operationes hanc ipsam consequuntur. Cum igitur patris prima & immediata sit operatio generare, spirare autem, & reliqua omnes secunde et immediate sunt operationes; necesse est per ipsam generandi vim, spirandi rationem prouenire. Cum autem ipsa spirandi facultas Spiritu sancto producatur; necesse erit Spiritum sanctum ex patre per filium procedere. Ut, quemadmodum generationem uiuendi natura sua, spiratio consequitur; ita Spiritus sancti productionem, ipsam filii generationem consequi oportet; ipsam, Spiritum sanctum, ex patre per filio procedere: non tanquam a deo unius principii, sed tanquam ab uno. Si enim ut à duabus personis proficitur Spiritus sanctus; sic à duabus formis distinctus, secundum quas productus, promanaret: tum necessario duo cius essent principia

principia. Cùm autem à duabus quidem personis productivitatem formam qua producitur, una numero est, et omnino indistincta. Est enim ipsa diuina essentia una, et eadem numero, communis ambobus, una item spiratio, secundum quam Spiritus sanctus producturus omnem profectionem non plura eius erunt principia. Neq; tamen patris et filii persone bac ratione confundentur. Si enim in aliqua forma propriâ, coramque persone constitutiva, Pater et Filius conuenient, ut potè in paternitate vel filiatione, sua merita confundi dicentur: num autem manente omniq; sua constitutiva, et in communicabili proprietate; in ea tantum, que communis est, et que iam constitutas sequitur personas, spiratio in quam ipsa, atque Spiritus sancti productione, conjungi dicuntur. Ita nulla ratione eorum persone inter se confundantur, etiam si communiter Spiritum sanctum spirant, atque producant: cum vnicuique eorum sua constitutiva & propria, incommunicabilis cum altero proprietate permaneat, qua a se ininde distinguantur. Neque item ob eam causam minor est Spiritus sanctus Filius, quod ab illo producatur: quia neque filius ea causa est minor patre, quod ab eo generatur; neque id est minor Spiritus sanctus, quod nec patrem nec filium producat: quia neque filius id est minor patre, quod patrem non generet: sed solum Spiritum sanctum una cum patre producat. Neq; item aliqua imperfectione operatione binis colligetur, quod à patre per filium Spiritus sanctus producatur; cum nullam imperfectionem inde res sumant, quod per primas operationes et facultates suas, res alias producent atque constituant. Neque item illi calumniae relinquunt loca, cur non potius ex patre et Spiritu sancto filii, quam Spiritus sanctus ex patre et filio proficitur: potentia siquidem generandi precedit, ut dictum est, spirandi potentiam; tanquam prima et immediata patris operatio: spirandi vero facultas, cum filii generationem sequatur; necesse erit, ut non filium ex patre per Spiritum sanctum, sed Spiritum sanctum potius ex patre per filium procedere fateamur. Ex se ipso autem Spiritus sanctus procedere non dicitur; quod nihil sui ipsius sit principium: neque spirationem actuum, que soli patri, et filio communis est, habere potest. Vnaqueque enim diuinarum personarum, manens in eo quod est, et suam proprietatem personaliter seruans; communia ad inuidem habet omnia essentialia. Eodem modo Spiritus quoque: et si omnia communia habent cum patre et filio; seruet tamen suam proprietatem necesse est: quoniam spirare se ipsum non pos-

non potest, cum hoc repugnet eius proprietati. *Hoc autem omnia digne* Dev. *sæptra omne tempus, et ad nostrum intelligendis modum, rela-* te sunt accipienda. Et sic omnia ab his facile explicantur qui sponte errare nolunt, pertinaciæ contentionis non vincuntur. *Hanc autem ex non aliam Latinorum de Spiritu sancto sententiam esse ex D. Aug*ustinio, quem tanquam Dux et Principem vniuersitatem occidentalis sequitur Ecclesia, manifestum est: cuia illa sunt verba: Non inquit, duo principia spiritus sunt, pater & filius; sed unum eius ambo principium sunt: pulcherrimoq; exemplo, rem totam explicat. Quemadmodum creature non tria principia, sed unum, Pater, Filius, & Spiritus sanctus; ipsa Trinitas, est unus Deus. Nam & si patrem, & filium, & Spiritum sanctum, creature cauam credamus; tamen ad patrem omnia referuntur: quia ab eo habet, & filius, & Spiritus sanctus; & ipsum esse, & creandi potentiam. Item quod vna & eadem numero, potentia creans; cum pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ex vna & eadem numero, & communi diuinitate, sive diuina clementia prodeant: ideo unus Deus, & creator est omnium. Idem de Spiritu sancti, ex patre & filio processione sentiendum est. Namque vna & eadem spirandi potentia, quæ illis communis est, pater & filius; Spiritum sanctum spirant: & cum à patre hanc spirandi potentiam, vt coetera, filius per generationem habeat; unus spirator, vna cauia, & unum principium processionis spiritus ambo sunt. *Plinius*, qui de hac materia legere cœlit, legat preter concilium Florentium duorum doctissimorum, qui illi concilio interfuerunt; *Grecorum libros Bef*ferunt, in quam orationem dogmaticam ad Grecos: *Genitudo autem Scholariorum Patriarchæ Constantinopolitani librum confessionum quinque capitum; que in sanctis, et Occumentis Florentina synodo con*tinetur: quem librum nuper ad me Roma misit, Stanislaus Recens, vir elegansissimus, Magni quondam Hosij familiaris: quibus è maior fides adhuc debet; quod ex Grecis spissis ortis, continet eodem Grecos tam strenue, pro veritate dimicavit. Et hæc quidem battens.

Articuli

ARTICVLI FIDEI SVMMA=
TIM EXPLICANTVR, AD VI
TÆQ; ET MORVM INSTITU
tionem accommodantur.

Caput II.



AM VERO AD SECUNDUM Caput instituti vestri acceden-tes, quod ipsos Articulos fidei nostre recenset atque enumerat, ita ut rerum ordo postulat, illud dicimus: hanc esse veram & vnicam Christianam fidem, omnem rationem, & intellectum humanum, longè excedentem: vt potè, quæ sit vera & sincera vnius Dei in Trinitate confessio, quæ in his Sacri Symboli capitebus, tanquam in compendio quodam continetur, totamq; rationem fidei nostræ ob oculos ponit. Quam omnes fideles rectè de religione sentientes, ac quicunque modo salui esse velint, libere, ac sine omni cunctatione, profiteri tenentur. Quæ quidem religionis nostræ capita, (qui item articuli fidei appellari solent) tanquæ principia quædam & fundamenta vniuersitatis doctrinæ Christianæ sunt, duodecimq; numerantur; Duodenarium sanctorum Apostolorum numerum representantes. Ex quibus quidem tres sanctissimæ Trinitatis confessionem continent: sex vero, filii Dei, ipsiusq; verbi Incarnationem, totam denique, salutis nostræ economiām explicant: reliqui tres, ea, quæ ad futuram mundi consummationem pertinent, complectuntur.

Primus igitur articulus docet, vnam esse diuinam naturam, & non plures: Vnam, potestate, principio,

D omnipot-

26. Censuræ Orientalis,

omnipotētia, atquē dominatione.

Secundus articulus tradit, eam ipsam diuinitatem, tribus, non yna contineri personis; quātumvis ipsa substantia diuīna, vna, & indiuidua sit: in quibus, hoc quidem est ingentium; aliud autem genitum; illud verò procedens. Pater, Filius, & Spiritus sanctus; à sanctis Theologis dicta.

Tertius verò, hanc ipsam Trinitatem vniuersorum eſcē opificem; ex nihilo res omnes ad id, vt fint, producentem; idque sub certo & definito tempore: tam ea, quę mente intelliguntur; quām hæc, quę sub sensu cadunt, visibilia simul & inuisibilia omnia.

Quartus autem, propter eam curam & prouidentiam, quam circa nos hic ipse in Trinitate Deus benignè gerit, æterni patris beneplacito, cooperante autem Spiritu sancto; Verbum Dei manens in sua diuina natura, ab omni alteratione & mutatione remotum, omnisque passionis expers, sineque omni fluxu, atque corruptione; propter nos carnem factum eſcē: plenamque & perfectam nostram naturam, in vno indiuiduo aſsumptum.

Quintus autem, verbum hoc ex incorrupta virgine natum eſcē: quę eadem & ante partum, & in partu, & post partum, diuina verbī omnipotentia virgo sit consueta.

Sextus articulus tradit, eundem sponte & voluntate sua, propter nos, nostramque salutem, carne paſsum eſcē, crucifixum item & mortuum, nullā in parte diuinitate eius diminutionē aliquam patiente; vt, in quam nulla affectio, nullus cadat ineritus.

Septimus docet hunc eundem Iesum Christum, ita paſsum, tertia die vi, & potentia sua, à mortuis surrexit, suisque discipulis Iep̄tis apparuisse.

Octauus, post quadraginta dies magnifice resuscitationis sue, videntibus discipulis, eundem in cœlos gloriōsē

Caput II.

27.

riōſe aſsumptum eſcē, atque ad dexteram patris conſedisse; carnem & humanitatem suam, ciuiudem glorię & adorationis declarareſe; vt, que nunquam ab ea diuinitate, à qua ſemel aſsumpta eſt, ſeparetur, ſed perpetuo vnitatis vinculo, cum ea coniuncta ac planè deificata, ^{αὐτή τοι δημιουρός} ^{νομοῦ δημιουρός} permanet.

Nonus, hunc eundem iterum de cœlis in terram cum gloria patris venturum, ut reddat ſempiternam quidem regni ſui hereditatem illis, qui ei fanć, & pię, ſervierunt; impijs autem, & flagitiosis hominibus, perpetuam damnationem.

Décimus, hunc ipsum vniuersam humanam naturam à morte excitatum, animaſque corporibus, in quibus prius vixerunt, redditum; in vna, & eadem omnes aetate: vt in illisdem corporibus recipiat vnuſquisq. mercede, prout in vita geserit: ipfaque corpora fine omni corruptione perpetuis temporibus duratura.

Vndecimus, eam quę conſequitur vitam, ſempiternam futuram: ut potē iam vtraque parte noſtra ab omni interitu vindicata.

Vltimus & duodecimus, hunc eundem Christum tam viuos, quām mortuos iudicaturum: & impiis quidem ac perfidis æternam damnationem; pii autem, & his, qui in omnibus praeceptis & iuſtificationibus eius streuēſe exercuerunt, ſempiternam gloriam redditurum.

In quorum Capitum, prima qualis parte, illud doceatur, vnum eſcē Deum, vnum eſcē Dominum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Nam & Patrem, Deum conſideri audimus: & filium item Deum de Deo, lumen de lumine dici. Et Spiritum sanctum, Dominum, appellari ſentimus; totamque sanctam Trinitatem, vnius ſubstantię, & qualisque glorię eſcē, patrem, & filium, cum sancto Spiritu, æternum, omnipotentem opificem; quod & omnes sancti Prophetę vno ore confeſsi sunt:

D ii

Deum,

Deum, inquam, Patrem, Verbum, & Spiritum sanctum, vnum in Trinitate Deum, ubique celebrantes. Et cœlestes ille, & diuinæ mentes, apud Iñiam, interna illa præpotentia Dei veneratione, vnum canunt, & confitentur Dominum.

Secunda autem pars Symboli illud continet, hunc ipsum Deum trinum in personis, vnum autem in Diuinitate suæ naturæ, patrem esse, filium & Spiritum sanctum. Et patrem quidem genitum esse, omnique causa & principio carentem; auctorem autem & principium omnium earum rerum, que ex ipso sunt, existere: Filium autem genitum, Deum ex Deo: Spiritum verò sanctum Dominum viuiscentem, & ex parte solo procedentem. Vnam item esse illorum naturam, vnam gloriam, vnam potestatem, vnam adorationem; idque ante omnia secula, illis verbis confitemur: *Qui cum patre, et filio, simul adoratur, et congregatur.*

Tertio verò capite illud demonstratur, vniuersam sanctam Trinitatem esse rerum omnium creatricem, atque opificem; que ex nihilo ea, que sunt, omnipotenti sua virtute produxit. Itaque & Patrem creatorum cœli & terræ, omniumque aliarum rerum confitemur. Et filium item eum esse, per quem omnia facta sunt, agnoscimus. Et Spiritum sanctum Dominum omnia viuiscentem celebramus.

Quarto autem capite, ipsa Incarnationis filij Dei annunciatur; hoc ipsum scilicet verbum ex Spiritu sancto, & Maria virgine, carnem factum esse.

Quinto demum, quam ipsam Mariam matrem eius, perpetuam virginem conseruatam esse; ex qua Dei verbum, carnem nostram viuam, anima rationis participie, voluntateque ipsa prædictam acceperit: purisque, & simplex existens; duplex quodammodo nostræ salutis causa, fieri voluit vñus, ex duabus perfectis naturis,

Diuini-

Diuinitate, inquam, & humanitate.

Sexto autem docetur, eundem Christum Deum, & hominem, in carne pro nobis crucifixum, passum, & sepultum esse.

In reliquis autem vltimis Articulis illud continetur, hunc ipsum à mortuis resurrexisse, ac in cœlos assumptū esse; iterumque de cœlis ad iudicandum viuos, & mortuos, venturum: futuram item mortuorum resurrectionem: pœnam & supplicium sempiternum: regnum item, & præmium eodem modo.

Huc igitur Capita Sacro continentur Symbolo, non solum si Christianæ Philosophiæ Theoriam spectes; verum etiam, si illud ad vitam & mores, aeternaque salutis consecrationem, referre velis. Ideo enim propter nos, nostramq. salutem, Verbum Dei de cœlis descendit docet, vt & nos ad formam & exemplum conversionis eius, vitam, moreisque nostros componentes, saluemur. Ideo passum, ideo mortuum, ideo resurrexisse, vt & nos in spem salutis erecti & excitati, perfecte virtutis viam ingrediamur. Ideo ad iudicium viutorum & mortuorum venturum profitemur, vt ad acceptationem, & preparationem aduentus eius, excitemur. Ideo deniq. vitæ quidem aeternæ certissimam spem, metum autem aeterni supplicij, nobis idem symbolum propinquit, vt inter spem & metum viuentes, certam operemur salutem. Per que omnia triplex illa anime nostræ facultas, qua omnis eius natura continetur, perfici, ac expurgari solet: mens quidem, & rationalis vis, pia aeternæ Trinitatis contemplatione atque confessione: ire autem & vindictæ impetus, Incarnationis memoria: appetitus verò, & cupiditas, future resurrectionis prædicatione: vt in horum desiderium excitati, promptius curriculum mandatorum Dei decurramus.

Cum verò septem sint principales virtutes, que esse

D iij

teras

cceteras continent omnes ; Humilitas , inanis gloriæ contemptus, paupertas, ieiunium, castitas, patientia, tolerantia, & aequanimitas. Septem item contraria his virtutia ; superbia, vanæ gloriæ studium, amor pecunie, gula, prostituta pudicitia , socordia , iracundia! postremo. Idem sanctissimum fidei nostræ Symbolum, ad eas quidem virtutes amplectendas nos studiose cohortatur ; à vitijs autem quam maximè fieri potest, deterret. Et ad humilitatem quidem nos excitat tunc , cùm nobis proponit ipsum Dei Verbum, propter nos de cœlis descendisse. Ad contemptum verò inanis gloriæ, tum ; cùm Deum existentem, hominem factum esse docet. Ad paupertatem autem, ieiunia, castitatem, ac reliquas virtutes omnes ; cùm hac omnia nostra causa, cum in se receperissem confitetur. Ad tolerantiam item et patientiam ; cùm eadem omnia patientissime illum pertulisse, & ad extreum, crucem et mortem nostra causa subiisse, nobis proponit. Singulis enim vitæ et conuersationis suæ partibus, singulos illicitos animi nostri motus, Saluator noster confutat, atque perimit. Humilitate quidem sua, superbiam nostram : vnde incredulitas , ac in Deum blasphemii orientur. Deiectione autem ad demissione sua ; vanæ gloriæ studium nostrum : vnde iniudicæ cœdes, metis vania, profluum. Paupertate sua ; nostram auaritiam, quam furta, doli, mendacia, Dei & proximi dilectionis proditio, consequuntur. Ieiunij suis, gulam nostram ; quam ebrietas, luxus, profusio, perueritas, ac inconditus rerum status, omnisque prava consequitur cupiditas. Castitate & continentia sua, nostram impudentiam, pudorisque prostitutionem ; ex qua omnis vitæ impuritas, ac fecunditas, ab ipsa que Dei purissima & mundissima mente aberratio, promanat. Perseuerantia sua, nostram socordiam, animorumque inconstantiam, vnde dissidentia, ingratitudo, mentis tenebres, animi pullani-

fillanimitas oritur. Tollerantia denique & aequanimitate sua, nostrum impetum, ac iracundiam, in fraternumque exitum planè diabolicum furorem, vnde in ueteratum odium, inimicitię, cœdes, cupiditas vindictę, triumque primarum & summatur virtutum, Fidei, Spei, & Charitatis peremptio, nascitur. Quę quidem virtutes , tanquam tres pulcherrimę in honorem sanctissimæ trinitatis dedicatę victimę, eos qui illas habent plenè & integrè , cum eodem trino , & vno Deo, coniungunt & vniuersi , ac quodammodo per gratiam deos nos efficiunt. Quare & nos fratres charissimi omnes, recta in Deum fidē, eam partem animę, quę rationis est particeps , emundemus , atque exornemus : magis autem & alijs communibus virtutibus, fortitudine, inquietu, temperantia, iustitia , atque prudentia ; in quibus reliquę omnes, tanquam in suis primis radibus continentur : sanctificantes nosmetipso : quantumque homini licet, ab omni perturbatione liberi ; vnam vniuersam ad exemplum & imitationē Iesu Christi componamus ; illiusque veram fidem , cuiusque sanctissimam vitam, vita, moribusque nostris representemus : diligamus cum, eiusque precepta impleamus : efficiamur templa eius , ac bonus Dei odor, sanctificari in operibus bonis ; & immortalis vitę, atque glorię, regnique cœlestis ipsius , perpetuis temporibus participes efficiamur: idque non ea solum iustitia, que

operum est ; sed multò magis diuina, & celesti ciui gratia , vt ita datum eius verissimis , potiamur proximis.

**DE PECCATO ORIGINIS,
BAPTISMO, SACRO CHRYSMA-
TE, ET EORVM QVIS BAPTI-
funtur communione.**

Caput III.

HERTIVM CAPVT CONFES-
sionis vestre illud docet; omnes ho-
mines peccato primi parentis nostri
obligari: quod idem & nos vobisculū
affirmamus. Dicit enim diuinus psal-
tes: *Ecce enim in iniustiatis conce-
ptus sum, & in peccatis concepit me
mater mea.* Et ipse Dominus in Euangeliō testa-
tur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu san-
cto; non potest introire in regnum Dei.* Non aliam
certe ob caufam, quam vt primorum parentum noxa,
atque delictum expiatur, atque emundetur. Ut autem
in hac parte idem sentimus omnes, ita de regeneratione
sancto baptismate: quod itē sacro profitemur symbo-
lo: *Confiteor vnum baptisma, in remissionem pecca-
torum.* Hoc inter nos & Latinos interest, quod nos qui-
dem eos, qui baptisantur, triplici mersione baptisamus:
Latini vero, non rectè, vna sola contenti sunt. Oportet
enim vetustissimo Ecclesiæ more, tres personas in vna
diuinitate hac ipsa trina mersione praedicare, ac profi-
teri: & ita tres adhibere emersiones, atque immersionses;
inuocato Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nomi-
nibus. Simul verò eadem terna, eius qui baptisatur,
emersione, & immersione; illius, qui propter nos carne
crucifixus est, atque à mortuis resurrexit, triduanam se-
pulturam atque resurrectionem repræsentari putamus.
Ilud eti-

Caput III.

Illud etiam simul profitemur, oportere statim cum qui
baptisatur, diuino imungi chrysmate. Ea cunctinque,
atque adeo chrysmam ipsum, sigillum est atque obsigna-
tio Christi: nosque ex ipso in ea vñctione gratiam ac-
cipientes, Christiani appellamur; Christique Domini
efficimur. Neque enim ille nos suo dedignatur nomi-
ne; siquidem & filios Dei, adoptione quadam, atque
ad eo secundum gratiam & electionem, deos ipse nos,
vocare non erubefcit. Vngnes autem Sacerdos cum
qui baptisatur sic dicit: sigillum & obsignatio domi Spi- Apud Simo-
ritus sancti Amen. Vnde magna ratione Baptismum nem Theſſalo-
nicensium: ex quo hoc totum ce-
duntur, aut rejecunt tempus. Sed & illud consequens put ad verbū
& consentaneum esse videtur, vt huic ipsi qui baptifa- deſampnū ſt. pro ipſa, qd
tus est, prætemende communionis corporis & sanguini- x̄i⁹⁵⁹ legi-
ni domini impatriatur: hic enim est finis & consumma- tur magis Sa-
cramento Con-
tio omnis mysterij. Vt sic ab omni errore liberi, ab o- formationi cō-
muni item iniquatione & forde peccati mundati, fa-fontere, quod
erāque vñctione obsignati, & communiti corporis, & per solos Epí-
scopos confes-
sionis eius, participes efficiamur, illique summe v̄-ſolēt de quo
niamur: vt inambulet, & inhabiter in nobis Christus hoc loco inſtitu-
tum effe fer-
mentum, cum
ex ipſa, tū
ex eodem Ser-
mone Theſſa-
lonicē, in eo-
dem loco cla-
rius patet.

ANNOTATIONES.

Latinī verò non rectè vna sola contenti sunt. Oportet enim eti-
Non eundem semper in hac ceremonia feruunt Dei Ecclesia ri-
tum. Primo enim statim ab initio, ad inculandum unum Deum in
tribu diuinitus personis; tam necessarium eam trinam immersionem
indicauit, quam ipsam trinam personarum prolationem: extat bac
de re 10. *Apostolicum Canon.* Si quis Episcopus aut Presbyter, non
trinam meritionem vnius mysterii celebret, sed semel mergat in
baptismate, quod dari videtur in domini morte; deponatur. Nō
enim dixit nobis Dominus: In morte mea baptisate: sed, euntes

docete omnes gentes ; baptisantes eos, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Docet hoc idem Tertullianus*, Christus, inquit, nō uisimē mandauit discipulis, ut tingerem in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctū ; non in vnum : nam nec semel, nec ter ad singula nomina, in personas singulas tinguuntur. *Docet & Basilius in libro de Spiritu sancto* : Iam, inquit, ter mergi hominem, vnde est traditum. *Quin cō amplius præceptum Euangelicum hoc fuisse, docet Pelagius Papa* ; *cibi inquit* : Multi sunt, qui in nomine solummodo Christi, ynicā meritione fit affluerunt baptisare. Euangelicū verò præceptum, ipso Deo & domino Saluatore nostro Iesu Christo dicente, & tradente, nos admonet ; in nomine Trinitatis, trina etiam meritione, sanctū baptifina vnicuique tribuere, dicit domino : Ita, baptifite omnes gētes. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Iraq, inter ceteras causas, cur Euromiani rebaptisaretur*, eam ponit. Canon i. Constatinopolitan. Synodi, quid in vnam demeritionem baptisarentur. *Poſtea tamen, ybi ex orti sunt Hæretici illi, qui summam Trinitatem non personis tantu, sed natura etiam ex fabſtantia, diſtincta eſe docebant* ; batq; ceremonia, ad suum confirmandū errorem, abutī cepiſent : prime Hispanice, et Gallice, Ecclesiæ, vna meritione, ad indicandum diuinæ nature unitatem, usq; sunt. *Qua de re consultus à Leandro Hispanie Episcopo, Gregorius magnus, sic respondet* : De trina verò meritione baptifinatus, nihil responderit verius potest ; quām quid ipſi sensisti : quia in vna fide nihil officia sanctæ Ecclesiæ conueniuto diuerſa. Nos autem, quid tertio mergimus ; triduane ſepultræ Sacra menta dignamus. Et dum tertio infans ab aquis educitur ; refurrec̄tio tridiuani temporis exprimitur. Quod si quis, & forte pro ſumma Trinitatis veneratione exiftinet fieri : neq; hoc aliud obſtitit baptifando, semel in aquis mergere : quia dum in tribus perfonis vna ſubstantia eft, reprehendibile eſe nullatenus potest, infantem in baptifinato, vel ter, vel ſemel immergere : quando, & in tribus meritionibus perfonarum Trinitatis, & in vna, potest diuininitas singularitas deſignari. Sed quod nunc hucusque ab Hæreticis infans in baptifinato tertio mergebatur, fiendum apud nos eſe non cefco : ne, dum meritions numerant, diuininitas diuiduntur : dumq; quid faciebant, faciunt ; ſe morem noſtrum viceſſe glorientur. *Cuius reſponſum poſtea Concilium Tolitanum quartum cap. 5. ſecutum, bac de re ; in bunc ipſum decreuit modum.*

uit modum. Propter vitandum autem ſchismatis ſcandalum, vel heretici dogmatiſ vſum ; ſimplam teneamus baptifini merſionem : ne videantur apud nos, qui tertio mergunt, hereticorum approbare aſſertionem, dum ſequuntur & morem. Et ne forte cuiquam fit dubium, huic ſimpli mysterium ſterimenti ; videat in eo mortem, & resurrectionem Christi significari. Nam in aquis merſio ; quali ad infernum defenſio eft : & rurſus ab aquis emerſio ; refurrec̄tio eft. Item videat in eo vnitatem diuinitatis, & Trinitatem perfonarum ostendit vnitatem ; dum ſemel mergimus : Trinitatem ; dum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, baptifamus. *Romana tamē Ecclesiæ, ut illo tempore, ita* ³ *nunc trina vttar merſione* : quod non altuē melius patet, quam ex ipſo Romane Ecclesiæ Sacerdotali : ex cuius forma, Rome Sacra menta admixtrari ſolent ; *cibi ſi ratio baptifini instituitur*. Tunc Sacerdos acopiat puerum diligenter : & baptifet eum ſub trina immersio, ſanctissimam Trinitatem ſemel invocans : vel affundendo aquam ſuper caput pueri, ſecundum conſuetudinem loci illius, dicendo : Petre, ego te baptifio, in nomine Patris +, & ſemel immerget : & Filii +, et ſecundo immerget : & Spiritus Sancti, Amen +, & tertio immerget. Et cum ſurrexerit de fonte, Sacerdos oſ ſacrum signum crucis de chryſinate, in vertice illius &c. *Quem cundem plane ritum, fuſiſe temporibus fuit, teſtatuſ bis verbi Ambroſii.* Interrogatus es : Credis in Deum patrem omnipoſtentem ; Dixisti, credo : & merſisti, hoc eſt, ſepultrus es. Iterum interrogatus es : Credis in Dominum noſtrum Ieclum Christum, & in crucem eius ? Dixisti, Credo ; & merſisti : ideo & Christo es conſepultrus ; qui enim Christo conſepultrus, cum Christo reſurget. Tertiò interrogatus es : Credis & in Spiritum ſanctū ; Dixisti, Credo ; tertio merſisti : vt multiplicem lapſum ſuperioris etatis, abſoluueret trina confeſſio. *Damnant igitur ipſi illud*, Tom. 4. b. 2. *quod ignorant, quod ſchismaticorum atque hereticorum eſt proprium.* Vt autem in bac ceremonia, non cundem ritum ſemper ſequuntur eſt Ecclesiæ : ita nec in illo ; vtrum mergi, an affergi tantum illi, qui baptifantur, debeat. *Mergebantur ſepiuſ* : affergebantur tamē etiam nonnunquam ; ut co tempore, quo ad mortem duebatur Diuinus Laurentius, quendam, vreco allato, ab eodem baptifatum eſe legitimi. *Quomodo item illi, qui Clinici dieclabatur baptifari ſolebant* ; qua de re ſcribit D. Cyprianus lib. 4. cap. 7. Existima-

mus, inquit, in nullo mutilari & debilitari posse, beneficia diuina: nec minus aliquid illuc posse contingere; vbi plena, & tota fide, & dantis, & sumentis accipitur, quod diuinis munericibus hauritur. Neq. enim sic in Sacramento salutari, delictorum contagia, vt in lauacro carnali & seculari, fordes cutis, & corporis abluuntur; vt & sapone, & nitris, & ceteris quoque adiumentis, & dolio, & piscina opus sit, quibus ablui & mundari corpusculum posit: aliter peccatis credentis abluitur: aliter mens hominis, per fidem merita, mundatur. *Et paullo post.* Vnde, inquit, apparet, aspercionem quoque aquæ, instar lauacri salutaris obtinere: & quando hoc in Ecclesia fiunt, vbi sit & dantis & accipientis fides integra, stare omnia, & consummari, ac perfici eos salutari aqua, & fide legitima, Christi gratiam consecutos. *Et hec haec tenet.* Plura bac de qui cognoscere velit, legat *Walapredrum*, Strabonem lib: De *Exordiis*, & incremento rerum Ecclesiasticarum cap: 26. *Claudium de Sanctis decimæ repetitionis cap: 4.*

Sigillum & obfigiatio etc. Formâ banc verborum Sacramenti confirmationis, olim fuisse testatur Canon scriptum Concilij i. Constantiopolitanî. Signatos, inquit, sive vñctos, primum sancto chrysmate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures, & eos signantes, dicimus; Signacula domini Spiritus sancti. Non disimilis est stem et formula, qua nunc in Ecclesia existimur: Configno te signo sancte Crucis, & chrysmo te oleo salutis: quam item reguisti sim ehe patet ex D. Ambroso, de jis, qui mysterijs institutur, cap: 7. Signavit te Deus Pater: confirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus Spiritus in cordibus tuis; sicut Apostoli ca lectione didiciti.

Neque omnino in aliud differtur aut reiecitur corpus, etc. *Fuit* hoc quidem in veteri Ecclesia receptum, ut qui baptizarentur, sine illi parvuli, sive adulti essent; idem simul per faciem imponeretur, manumq. impositionem, confirmarentur, & sacra Eucaristia refericerentur: unoq; ac eodem plane tempore, ita simul in unum conferebantur Sacramenta: Baptismus, Confirmatio, atque Eucaristia. Id, eam ob causam, quod nullum perfectum Christianum esse iudicabant, qui per manum impositionem Spiritum sanctum non accipisset; neminemq; Eucaristia dignum esse putabant, qui non idem confirmatus esset: quin ne inter consummatos quidem Christianos, illi locus erat, qui nondum sacro vnguento definitus esset. *Patet hoc in*

primis

primis ex Epistola 4. Clementis ad Iulium, & Iulianum, ex illis vero: Omnis ergo festinandum est sine mora renasceri Deo, & demum confignari ab Episcopo, id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere: quia incertus est viuificansque exitus vite. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiforme spiritus gratia, ab Episcopo, ut memoratum est, confirmatus; quia alter perfectus Christianus nequamam esse potuit, nec sedem habere inter perfectos; si non necessitate, sed incuria, aut voluntate remanserit: ut a Petro acceptimus, & coeteri sancti Apostoli praescientem Domino docuerunt. etc. *Patet hoc idem ex Tertulliano in lib: de resurrectione:* Caro, inquit, abluitur, vt anima emaculetur: caro vnguitur, vt anima concreetur: caro signatur, vt & anima munatur: caro, manus impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur: caro, corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur; etc. *Vobis tria finit. Sacra menta coniuncta audis; ablutionem, manum impositionem, corporis atque sanguinis Domini alimentum.* *Et de prescriptione Hæreticorum:* Tingit & ipse quoadam utique credentes, & fideles suos: signat & illi in frontibus milites suos: celebrant & panis oblationem. *Vbi enim dicit:* In frontibus signat: clavis ostendit, non de baptismô, in quo vertex signatur; sed de confirmatione, in qua frons inunguis sollebat, se agere. Deinde cum dicit, milites suos, allude ad usum confirmationis, qui est, militem Christi roboreare. *Et in lib: de baptismo:* Dehinc, inquit, manus imponitur, id est, statim post baptismum etc. *Patet hoc idem ex D. Ambroso.* Sequitur spiritale signaculum, quod auditus hodi legi, *lib: 3. de saeculare causam: ca. 2d.* quia post fonte superest, ut perfectio fiat, quando ad invocacionem facerdotis, Spiritus sanctus infunditur: spiritus sapientie, & intellectus: spiritus consilii atq; virtutis: spiritus cognitionis, atq; pieatis: spiritus sancti timoris; septem quasi virtutes spiritus. Et omnes quidem virtutes ad spiritu pertinunt; sed iste, quasi Cardinales, sunt quasi principales. Quid enim tam principale, quam pietas? Quid tam principale, quam cognitio Dei? Quid tam principale, quam virtus? Quid tam principale, quam confititio Dei? Quid tam principale, quam timor Dei? Sicut timor seculi infirmitas; ita timor Dei, magna est fortitudo. Ita post septem virtutes, quando confignaris. *Vribanus etiam in Epistola i generaliter docet, omnes fideles post baptismum confirmari debere.* *Quae res*

E ij

in causa

in causa fuit; ut sepe veteres Scriptores ita ferè coniungant Sacramentum confirmationis, cum Sacramento baptismi: ut Sacramentum sanguinis, cum Sacramento corporis domini, coniungitur. Inde in cœtuſto libello Romani ordinis legitur, Pontificem in die Pasche egredi, à fonte in sacramentum; ibidem federe, & expectare, dum infantes, qui baptisati sunt vestiuntur, ac demum per cum confirmantur. Ut autem cum mœrū venerande vetustatis, ut que pro temporibus illis nationem probabilem habuit, presens Ecclesia non damnat: ita maxime in sacra communione parvulus conferenda; neque sequitur, neque necessarium esse putat. Non sequitur partim propter indissolucionem eorum, & periculum irrecurrente; cuius rem maximam rationem habendam ebe diligenter precepit ipse D. Paulus. Ut enim ex parte corporis, solidiori cibi, propter etatis teneritatem, capaces parvuli non sunt, lateque solo reficiuntur: ita multò minus hunc cibi longè solidiori capaces esse posunt: partim, quod eſa haec probatione sui ipsius opus habeat; diudicatione item communis mensa à sacra, & mystica refectio: tam ipsa memoria, & annunciatione mortis dominice, sine qua omnino sumi & manducari non debet. Quae omnia cum in etatem parvolorum non cadant, merito illis Ecclesia sacrum non porrigit communionem. Ut autem bis de causa, alijq. multis, hunc mœrū ipsa non sequitur; ita neque ad salutem quidem necessarium esse putat: siquidem per baptismi laetacrum regeneranti, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa etate amittere non possunt; neque illi sententie eos sollicitos esse: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bibere sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Impunit siquidem se & illis Christi Dominus in hac etiam parte, cōmodo, qui illi solum cognitus est: cūm per etatem commode sacramentaliter illo fratribus non possint: tam scilicet cum uniuersa Ecclesia, cuius illi sunt membræ, pro omnibus vivis, & mortuis offert, & manducat hoc Sacramentum. Quod vel ex suo Nicolaus Cabalista Greco abunde dicere possunt: qui, cibi modum explicat, quo mortui huius Sacramenti participes efficiuntur, hec inquit. Ergo dixerit quipiam: si quis etiam viatorum, bona quidem, que dicta sunt, in anima habeat, ad mysteria autem non accedit; habebit illius nihil secus sanctificationem? Non quilibet: sed si quis non potest corporaliter accedere, sicut defunctorum animæ; quales fuerunt ij, qui in desertis errabant montibus, de speluncis, & foraminibus ter-

re, qui

re, qui ad altare sacerdotum, nullo modo videre poterant. Eos enim Christus ipse hac sanctificatione inuifibiliter sanctificabat. Vnde nam potest hoc fieri? quod vitam in le habeant: non habituri; nisi huius essent Sacramenti participes. Ipse enim Christus dixit: Nisi comedetis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem; non habebitis vitam in vobis. Et vt hoc significaret, multis horum sanctorum misericordiis Angelos dona ferentes. Si quis autem cūm posset, ad mensam non acceſſerit; fieri non potest, vt, que ex eis prouenit, sanctificationem allegetur: non quod non acceſſit solummodo, sed quod cūm posset, non acceſſit. & propterea clarum est: quid bonis, que debentur Sacramentis, vacuum habet animam. *Hec ille.*

DE POENITENTIA, PECCATORVMq. REMISSIONE.

Caput III.



VARTVM CAPVT, MODUM & rationem remissionis peccatorum continet; in quo, illud, omnī studio obtinere vultis; per solam fidem nos propriè peccatorum remissionem confequi. Catholica autem Ecclesia, fidem, illa, quidem in primis requirit; tamen non quamcunque fidem, sed illam que viua sit, que testimonium à bonis habeat operibus. Nam fides sine operibus, vt inquit Iacobus, mor tua est. Vnde Magnus illi Basilius ait: *Negue inquit, superna gratia in eum, qui serio, & studiosè, virtutem complexus non sit, descendere potest: sed utramque quasi temperari & confociari, oportet: tam conditum & intentionem humanam; quam supernæ eius, que ex fide provenit, gratie præsens auxilium:* ut ad perfectum virtutis decus perueniat. Itaque & ipsa dimittendi peccata poter-

40. Censuræ Orientalis,

*Mouth: 18.**Psal: 118.*

ta potestas , non simpliciter , neque absolute concessa est; sed in resipiscientis obedientia , & consenu cum eo; cui animæ penitentis cura demandata est. *Quia de re, sic scriptum est: Dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram; de omni re quamcumque petierint, fieri illis a patre meo, qui in cælis est.* In cuius autem vel qualis peccati remissione consentire debet; non est quod rogetur : cum lex Euanglica, nullum in hac parte pectorum faciat differenç; sed omnium munificientissimum illis omnibus, qui dignè penitentiam agunt, promittit veniam. Verè autem & conuenienter penitentie hic dicitur, qui illius affectum induit, qui dixit : *Iniquitatem odio habui & abominatus sum.* Et qui illa omnia facit, que in Psal. 6. Et in alijs, de bonis operibus explicata sunt : quiq[ue] præstans sua virtute, bonorumque operum exercitio, vberius & prolixius omnia peccata & defectus suos, Zachæi exemplo, compensare studet : qui item in animo constanter proposuit suo, purum & immaculatum ante conspectum Dei se conferuare : oculos non esse: virtutem sequi; ipsi confessionis sue per omnia fatis facere: *Quæ enim à nobis requiruntur, illa sunt: futuræ resurrectionis fides: venturæ retributionis millequæ bonorum, que sanctis præparata sunt, firma spes, & expectatio: vt item CHristum Iesum, verum Deum esse credamus: vt vniuersam Christianam fidem rectam, & salutarem esse proficacem.* Hæc igitur confiteamur omnes, hæc amplectamur: fidem nostram bonis operibus repræsentamus. Neque enim ea, que nostra sunt, iustum Dei effugient oculum. Quare pro viribus, bonis operibus incumbendum est: neque humanæ imbecillitatis infirmitas prætexenda; aut in excusationem ignauie, & inertie adserenda. Expertus enim est in omnibus Pontifex noster, infirmitatem nostram; ideo & compati poterit, & condonare his, qui peccant.

Caput III.

41.

peccant. Si igitur peccauimus; ad eius genua qui sine omni peccato est, per veram penitentiam atq[ue] confessiōnem, prouoluamur: perfec̄tam ab omni malo abstinentiam vndiq[ue] demonstremus: cum summa fiducia, ad portum penitentiæ recurramus; ut inueniamus misericordiam, & ea omnia, que nobis maximè salutaria quærimus. Neque enim est ullum peccatum tantum, quod bonitatem & misericordiam Dei vincere posse. In hoc enim magnificenter & liberalitatis illius vis conspicitur: hoc verè regium. Deoq[ue] dignum donum est; peccata sotib⁹ condonare, si modo penitent, si tempore opportuno exorēt. Nam in fine mundi, non iam ad largiendum & condonandum; sed ad iudicium confusurget Dominus. Dum igitur tempus habemus, accedamus ad verè penitentie remedium: accedamus cum omni spe, & fiducia, ad misericordiam Iesu Christi: expurgemus conscientias nostras, omnemq[ue] tergiuersationem, ac diffidentiam procul ab animis nostris removemus: qui enim cunctatur, qui dubitat, cum fiducia accedere non potest; hoc enim dicit Scriptura: *Tempore, inquit, acceptabili, exaudiuim⁹, & in die salutis opem tuli ibi.* Relicta siquidem est nobis, post pri-
Isaie 49. 2. Cor. 6.
mum salutaris lauaci naufragium, penitentia, quasi secunda salutis tabula. Regnemus cupiditatibus nostris: vera penitentia & confessione expugnemus illas. Reges simus potentiores longe his, qui purpura & auro in duti magnificè incedunt: affectus, & cupiditates nostras, in ordinem satellitij mancipemus. Qui enim in peccatis perfistunt, illis salutis, & venie, vt quidem in omnibus ferè scripturæ locis proclamatum, & denunciatum est, nulla spes relicta esse videtur.

F

De Fide

Caput V.



VINTVM CAPVT CONfessionis vestre; non multum à proximo, quod de pœnitentia, atque remissione peccatorum, institutum fuit, diuersum est. Docet enim, non per aliqua bona opera, aut satisfactio-
nes, sed per solam fidem, Deique gra-
tiam, nos saluari. Fides autem Catholica hæc est. Tunc vnumquemque suorum remissionem consequi pecca-
torum; cùm per veram pœnitentiam, fidemq. viuam, per bona opera, sepe prudentem atque commendantem, ad Dñū conuersus fuerit; vt iam superius diximus, nec dicere vnumquam desinemus. Dicunt enim scriptura: *Qui ex Deo est, facit mandata Dei.* Et rursus: *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine; intrabit in regnum cœlorum:* sed *qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est;* ipse introibit in regnum cœlorum. Et non auditores, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco. *Vos omni-
ci mei estis, si feceritis omnia que præcipio vobis.* Quibus similia Magnus ille Basilius docet: *Recordemur, in
quit, conditionis, qua nobis cœlesti regnum promissum
est. Dominus enim Iesus Christus ascenderat in montem,
suæq. Sanctæ doctrinæ quasi prima fundamenta & prin-
cipia iaciens; primam illam beatitudinem, promissionem
habentem regni cœlestis, orbi duximus:* Beati pauperes
Spiritu; quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui
lungen, quoniam ipsi consolabuntur: *Et sic deinceps reli-
quarum virtutum resert labores, & præmia.* Et in alio
loco, ultime retributionis compellationem, benedictio-
nemq. in parabolâ Pastoris, segregantis oves ab ha-
dis, mun-

*Iom: 8.
Mat: 7.
Rom: 2.
Ivan: 15.*

*In proemio
Affectionum
Cap. 2.
Matt: 5.*

Caput V.

dis, mundo prædicens, inquit: *Venite benedicti patris Mat: 25.
mei, posidete regnum, vobis paratum ab origine mundi:
esurui enim, & dedi tibi comedere ecte.* Et alio lo-
co. *Venide quæ posidetis, et date eleemosynam:* facite ^{Luce 12.}
*vobis sacculos, qui non vetera cant; tibi autem non defi-
cientem in cœlis, quo sur non appropriat, neg, tinea cor-
rumpat.* Hæc quidem, & talia opera scriptura sacra,
doctæ esse: per quæ, quis regno cœlesti dignus efficiat-
ur; & sine quibus impossibile sit, ut regnum cœlorum
quisquam ingrediatur. Sic enim apud Matthæum de-
cernit clarè Dominus: *Nisi abundaverit iustitia ve-
stra, plusquam Scribarum, et Phariseorum; non pot-
eris ingressi in regnum cœlorum.* Et rursus. *Nisi con-
uersti fieri, et efficiamini sicuti parvuli; non intrabis
in regnum cœlorum.* Et apud Ioannem ad Nicodemum.
*Nisi quis natus fuerit de nô, non potest videre regnum Iom: 3.
Dei.* Quomodo & illud dixit: *Nisi quis renatus fue-
rit ex aqua & Spiritu sancto.* De quibus enim una est
tententia, liquet idem periculum else, si alterum illorum
prætermittatur. Si enim dominus dicit, vnum iota aut ^{Matt: 5.}
vnum apicem legis non præteritum, priusquam o-
mnia compleantur, quanto magis omnia illa, quæ in
lege Euangelij promittuntur, compleri necesse est, ipso
Domino dicente: *Cœlum & terra transibunt, verba ^{Matt: 24.}
autem mea non transibunt.* Vnde Iacobus Apostolus,
confidenter denunciavit dicens: *Quicunque autem to-
tam legem feruauerit, offendit autem in uno; factus est
omnium reus.* Hoc autem ex eo didicit, quod ipse Do-
minus, post tot diuinæ promissiones, post tot excellen-
tia testimonia, post tot beatitudines Petro concessas;
illud tamen ultimò illi comminatus est: *Si non lauero <sup>Iom: 15.
te, non habebis partem mecum.</sup>* Paulus vero, qui Chri-
stum in se loquentem habuit, clarè docet, quid sit illud,
quod nos à regno cœlesti excludat: quodq. æternæ da-
tioni

*Romæ: 1.**1. Corint: 6.**Lucae: 9.**2. Cor: 6.**Ephes: 3.**Romæ: 6.**Romanos: 7.**Colos: 3.*

mnationi subiiciat : nunc quidem definitè , & per partes: *Qui enim talia agunt, morte digni sunt.* Nunc vero in ipso genere decernit: *In initio regnum cælorum non habebit abdicationem.* Et Dominus ipse: *Nemo mittens manum suam ad antrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.* Ex his igitur & similibus instruimur , sic demum Diuinis & eternis promissis dignos nos effici, atque certa, & non fallaci spe, ea expectare posse ; si illa omnia, quorum merito regni coelestis promissio facta est , & fine quibus eius gratia denegata est, plenè & legitimè per fecerimus : et si omnibus illis rebus nos cohibuerimus, quæ eius acquisitionem impediunt. Oportet enim certamen hoc placandi Deo, non modo ab omni malo liberum esse; sed etiam in offendo, ac inculpabili pede, per vniuersum mandatorum Dei curriculum decurrere . Ita Diuo Paulo, post summè illius & incenarrabilis in nos charitatis, & dilectionis Dei, & Christi ipsius commendationem, præcipiente: *Nullam, inquam, cuncti dantes offenditionem, ut non reprehendatur ministerium nostrum; sed in omnibus exhibentes nosmetipos tangam Dei ministros.* Scriptum est enim: *Vt exhibeat fibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut quid huiusmodi; sed ut sit Sancta & immaculata.* Et alia multa in hanc sententiam dicuntur, quæ diligens lector, in omnibus Sacrae scripturæ partibus facile inueniet. Quale est & illud Pauli: *Gratia, inquit, Deo, quod suis quidem servi peccati; obediens autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua tradidi est.* Vt quemadmodum cera subiecta sigilli figure, cedit, atque in eandem ipsam speciem exactè formatur ; sic & nos, prælo Euangelicæ doctrinæ subiectientes nosmetipos, iuxta eundem Paulum, secundum interiorum hominem, figuremur: *expoliante vestrem hominem cum actibus suis; & induentes nouum, cum, qui renouatur in agnitionem Dei,* secundum

secundum imaginem eius, qui creauit eum. Ut quemadmodum excitatus est Christus a mortuis; sic & nos in nouitate vite ambulemus, vt ea quæ debemus, quæque ea gratia quam accepimus digna sunt; & nos ipsi ex parte nostra conferamus, in eoq. eterni parentis, in nobis voluntas, ac beneplacitum compleatur. Certamine enim opus est, et eo magno et legitimo: ne talem & tantam gratiam, eius, quæ in Christo est, dilectionis, in vanum accepisse videamur. Ad quam quidem rem consequendum, vel inprimit nobis superno ac coelesti auxilio opus est; quod nos in omnem partem virtutis, & honesti, manu quasi deducat. Lubricam & præcipitem ingressi sumus viam: multum diuina gratia, ne hoc vel illuc declinemus, quasi amusi, atque libra quadam, nobis opus est. Neque omnino aut præsidio, aut vlli iustitie, meritisq. nostris, in tali cursu recte confidendo, confidendum nobis est; vt in celum, sine omni deducatur errore: via enim præsens hæc, vita nostra est, & inde superna manuductio opus habet. Si enim in vibem aliquam, vbi antea nunquam fuimus, ingressuri, ducem & præmonstratorem viæ querimus: quanto magis in celum usque peregrinatione suscepimus, superna ope, & auxilio, indigebimus: quæ & iter nobis demonstrat: & pedes nostros, ne unquam in mortem pro labantur firmet: & ad portas quasi ipsas æternæ felicitatis, nos deducat. Multæ enim sunt in hac via arduæ calles, multa diuerticula; & ideo superno fulcimento, cui innitamur, cui adhæremus, plurimum opus habemus. Et deducere quidem, atque iter monstrare diuinen opis est: dignos autem nos, vt manu eius regamur, atque gubernemur, exhibere, nostri est studij, nostri meriti. Si enim impuri & iniquinati fuerimus: nequaquam sanctam eius dexteram præhendere poterimus. Opus igitur est ex hac parte omni studio virtutis: opus est o-

mni munditia & castitate vitę , vt Dei prehensione , & adiutorio , digni inueniamur . Sed & D. Chrysostomus expounens secundę ad Corinthios Epistolę illum locum : *Obsecramus ne in vacuum gratiam Dei recipiatis* , ait : *Charitas inquit Dei, confringit nos, hoc est, premis, impellit, urget.* Ne ergo tempus & opportunitatem prodamus ; sed ea gratia , par studium , & diligentiam adferamus ; nec repellamus tantum donum . Non enim sola fides nos Deo reconciliat ; sed eò amplius , vitam honestam præ nobis ferre oportet : idq. quod iustum , ac cum omni virtute coniunctum est , sequi . A peccatis enim liberatum , amicumq. Dei factum , iterum ijsdem flagitiis contaminari : hoc quidem est , in prioris inimicitias relabi , ac in vacuum gratiam Dei , iuxta vitę verbum accipere . Non modo enim ea gratia quam accepimus , si impurę , si incontinenter vivimus , nihil iuuamur ; sed longe maiorem etiam inde acquirimus damnationem : quid post tantum cognitionis lumen , post tantum cœlestis donum , scientes & prudentes , in eadem relabamur mala . Quandiu igitur ad calcem non peruenimus : quandiu in vincis D'Omni operarum ; quandiu vndeclima non elabitur hora ; opus promoueamus : vitam rectam , cum omniq. virtute coniunctam , exerceamus ; vt eternis illis perfruamur bonis . Si enim nos tum , cùm adhuc omnibus malis onusti eramus , apprehendit , ab omniq. flagitorum onere releuauit : quātū magis iam ab his omnibus liberatos , bonaq. nostra qualiacunque , prompte , & ex animo conserentes , non repudiat ? Nam si in eodem peccatorū luto hærebimus : vel hæc ipsa , incredulitatem in nobis parient . Nam vt defectus fidelis , vitę est causa pessimę ; sic item animus , vitiis contaminatus , vbi in profundum malorum venerit , contemnit . Vbi autem omnia contemptserit ; ne credere quidem vult amplius : illudque

Daudi-

Dauidicum semper occidit : *Non videbit Dominus nec psal: 93.* intelliget Deus Iacob . Et *Labi nostra à nobis sunt, & quis noster est Dominus?* Ad extreum autem : *Dicez psal: 11.* *infipiens in corde suo, non est Deus : omnis enim qui mala psal: 12.* facit , ait Dominus , odit lucem , & non venit ad lucem .

Quandiu igitur largitatis & munificentiae tempus est , nemo animum desponeat . Tunc autem demum defperationis tempus erit , vbi thalamus nuptialis claudetur : vbi illi , qui piè & sancte vixerunt , Abrahæ potentur fini . Nunc autem tempus hoc nondum aduenit : nec dum enim theatrum solutum est , neicum stadium & cursus confectus : adhuc certamen feruet : nondum præmia certaminis sublata . Intendamus igitur vires , excitemus studium , cursu opus est , & eo vehementi : ipsa enim perfectione queritur . Eam ergo vitam , quę sit optima , complectamur ; recte fidei , vitam honestam , & eam , quę cum Dei mandatis coniuncta sit , sociemus . Si enim quis fidem se habere dicit , vivit autem turpiter , hic , vel eam ipsam fidem , & doctrinam suam , quam dicit se habere , graui contumelia afficit , ac stultus pererit . Merito habetur . Neque enim conuenit virum , semper circa elementa versari , neque sapientem in foliis fundamentis iaciendi , omne tempus consumere ; sed ad reliquas etiam edificii partes , sese aliquando transferre oportet , ipsamque summitatem ad perfectionem , toti edificio imponere . Si enim semper circa elementa verfamur , si in foliis fundamentis consistimus ; sic quidem nihil vnuquam proficiemus : sic plenum salutis adificium construemus nunquam . Neque , si vt sapientes adificatores , fundamentum ponemus , vt iterum in eo cùm D. Paulo super adificemus , ita ne sapientes quidem iudicabimur vnuquam . Si ergo CHristum amamus , vti quidem merito amare debemus ; virtutis ingrediamur iter : et si in aliquo delinquimus , ipsi ex nobis pœnam sumamus .

fumamus. Neque gehennam metuamus tantum, quantum illud, ne Deum offendamus, nèce ex amico, inimico cum nobis faciamus. Hoc enim omni gehenna grauius est, quando ille iratus, sum benignum à nobis auerit vultum: in quo, quantum insit mali, paucis recognoscamus. Si quis, latronem, aut alium quempiam maleficum, ad supplicium duci videns, Rex præserit ipse, misericordia & pietate permotus, in redemptionem illius perdit hominis non vulgare aliquod precium, sed ex se natum vngenitum filium, quem charissimum habeat, ut illius occidatur loco, tradat: neque sollem eius causa occidi illum patiatur; sed etiam omne crimen ab ipso nocente, in filium innocentem transferat; quò illum, qui iam ad ultimum supplicium ducebatur, feruet, ac ab omni infamia vindicet. Deinde post haec omnia, ubi ad summū dignitatis gradum illum euexerit, post eam salutem; post eam gloriam, quę nulla oratione digna explicari potest, aliqua contumelia, ab illo, in quem tot contulerit beneficia, ille ipse Rex afficiatur: an non plures mortes hic potius, siquidem aliquid mentis sanę haberet, eligeret, quam vt tam ingratí animi criminis obnoxius eſe videatur? Atqui mutato nomine de nobis fabula narratur. Hoc igitur nobiscum & ipsi reputemus: summumq. dolorem ob ea flagitia, quibus tam benignum, & clementem dominum, offendimus, corde & animo concipiamus. Neque ideo, quod tanta toties à nobis iniuria affectus, summa sua patientia, ac longanimitate, nos perficit, animis efferamus: immo hoc ipsum maximē nos moueat, atque terreat. Si enim quis, iuxta Domini præceptum, in dextram maxillam percussus, porrigit & sinistram; plus sua profectio patientia, & moderatione, inimicum percellit, quam si sexcentos illi referat pugnos: aut si malediçtis quis pro scis, non modo vicem non reddat, sed etiam homini ini-

Mat: 5.

ni inimico bona preceret; plus certè homini petulan-
tis impudentiam confundit, quam si multis fôbris illi
vicem retulisset. Quod si in humanis, nostram insolentiam,
patientia, & tollerantia aliena, maximi confundit;
quanto magis Dei patientia, & longanimitas, nostram
improbitatem, ac insolentiam percellere debet; quan-
toque magis metuendum est, si quotidianè peccantes, nul-
la nos sequitur diuina vindicta, sed potius eius benignitas
ac humanitas vbique fouet: ne, ea patientia, car-
bones congerantur in caput nostrum, nèce in diem ire
& ultionis, omnis hæc, que nulla oratione explicari po-
test, reponatur pena. Hæc nobiscum recte expenden-
tes, ante omnia peccata metuamus. In his enim est sum-
ma vltio: in his gehenna: in his infinita mala. Nec me-
tuamus tantum; sed omni etiam studio, & diligentia
fugiamus, Deoq. afsiduè, in omnibus placere, conten-
damus. In hoc enim situm est ecclœste regnum: in hoc
vita æterna: in hoc mille bona. Hac enim ratione, eam
que solam ob causam, & regno coelesti potiri, & bo-
na futura consequi poterimus; quibus vitam, gra-
tia & misericordia eius, potiamur omnes. Etsi enim
prouocat nos ipse, etsi vult faluos fieri omnes; tamen
& nos ipsi supplices illi simus: reconciliemur Deo: ne-
que ab illo resiliamus vñquam; sed potius spe, & ani-
mo toto, ad cum erigamur. Né, inquit Paulus, in va-
num gratiam accipiamus. Non enim, quia obsecrat, ait
Chrysostomus: non, quia legatos supplices mittit; pro-
pterea negligentes eſe debemus: sed propter illud ipsum,
magis etiam contendamus: ut placeamus illi, & spiritu-
alem mercem congeramus. Etsi enim salutis nostræ prin-
cepis causa gratia est, stamen et ille enadem salutis auctor
efficitur, qui multis præclarè gestis, multis fôdribus, e-
am sibi compans, ac quasi manibus prehendit. Si autem
quis, ultra hæc, que dicta sunt, hæc ita interpretari ve-
Cor: 6.
G lit; se

a. Cor. II.
lit, se non in vacuum gratiam Dei accepisse, hoc est, nulla ex parte se in ea spirituali gratia offendisse, nullo modo modo illa abusum esse; ne hic quidem planè a vero huius loci sensu aberrabit: cum & illi, qui donum linguarum acceperant, aliquando eo se superbius effarentes, vehementer reprehensi sunt. Contingit enim saepius donis spiritualibus, non ita ut par est vi. Nos igitur in charismatibus, iuxta præceptum Pauli, irreprehensibiles sumus, ut nulla detur offensio cuiquam, ut non vituperetur ministerium nostrum: in laboribus multis, in vigilis, in ieiuniis, in castitate, dumque supersumus, que spiritus sunt operemur, omnemque hoc peregrinatio-
Luke 17:1
nis nostræ reliquum tempus, in timore & veritate, in virtute Dei, sancte, & pie, transfigamus: omnia nostra, in DEum omnium bonorum auctorem locupletissimum, referentes; omniaque præclaræ gessa, ita uti æquum est; & uti decet, illi adscribentes.

**NEQUE NIMIS DE GRATIA
DEI PRÆSMENDVM, NE-**
que deferendum esse.

Caput VI.


EXTO LOCO DOCETIS, oportere quidem Christianum hominem, in bonis operibus se esse exercere; neque tamen in illis nimium confidendum esse. Dicit enim David: *Non intras in iudicium cum seruo tuo Domine.* Cui respondentes illud dicimus: Fidem principalem quidem esse, ac fundamenta instar: opera autem veluti id, quod natura sua fidem consequi debet. Necessaria autem ad salutem eadem

adem opera esse dicimus, propter domini præceptum; mercedem, eternæq. vite præmium, reportantibus omnibus iis, qui se ita, uti oportet, in illis exercuerint. Illa item vere bona opera esse iudicamus, quæ à vera & reæta fide sciuncta non sunt. Dicimus item, neminem debere in solis bonis operibus confidere; aut ex illis se esse nimis, more Pharisaico, effere: sed etiæ omnia fecerimus, iuxta tamen præceptum Domini, seruos nos inutilles dicere debemus. Omnia siquidem nos iustitiæ illi, que ex Deo est, primo, & principaliter accepta, referre oportet: cum id, quod nos ipsi conferimus, paruum quid, aut planè, si cum diuina munificentia conferatur, nihil sit. Quod quidem pulchritùs à sancto Chrysostomo in hunc explicatur modum: *Ne inquit, oculos nos introducat in regnum cœlestē dixit: Deus super his reficit, būnib[us] autem dat gratiam.* Non igitur nos de bonis operibus superbe aut magnificè se effere oportet; explique autem illa maximè est necessarium: sine enim bonis operibus, saluari omnino impossibile est. Si enim Christo Domino (nos illis verbis monenti) Si hæc, inquit, scitis, beati eritis si feceritis ea) parebimus: magnam profectō utilitatem inde percipiemus. Oporteret enim post cœlestē donum, ac benignissimi parentis munificentiam, nostra item qualiacunque sequi bona opera. Nam si solam infirmitatem nostram præteximus, si ipsam bonitatem Dei iactamus; ea autem que in nobis sunt prætermittimus; hac quidem ratione nullam ex ea opinione consequemur utilitatem. Quomodo enim Deo nulla ex parte placato; eius, ad curandas peccatorum nostrorum cicatrices, opem & misericordiam implorabimus. Audiamus, quælo, diuum Chrysostomum, illa Psalmi verba interpretantem: De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. *Hinc ait, duo discimus: Primum, non posse nos simpliciter quid-*

ter quidquam à Deo impetrare ; nisi ipsa nostra , primò in medium attulerimus . Primo enim dicit , clamaui ; tum demum infert , & exaudiisti me . Secundum autem per se uerantem ontionem , lacrymūq; plenam , ad fletendum cœlestem patrem , ut vota nostra annuat , magnam vim babere . Nē autem dicat quis , peccatorem se esse , ac sexcentu iniquum sordibus ; & ideo nec posse , nec audere ad Deum accedere , ab eoq; supplex veniam petere , eiusq; nomen sanctissimum inuocare : eam excusationem consequenti infert a ratione : Si iniquitates , inquit , obseruatio domine , domine quis sustinebit ? Ac si diceret : nemo . Non enim quisquam mortalium potest , non , si illi exacta totus vita gestorum ratio sit referenda , ante Deum conservisti : non veria , & benevolentia eius , dignus inueniri . Vbi enim misericordiam ab eius iniquitia seinxeris , ubi ipse iustus index iustitiae in manus ceperit causa nostræ lancem , ut in ea penas peccatis nostris debitas reponat ; quis erit , qui se huic sententiae credat ? qui eam sustinere posset ? & qui non potius certum contra se expectet decretrum , certum interitum ? Hac autem vobis dicimus , non quo ignavia & cordie fenebris aperiamus ; sed eos consolantes , qui cadunt in defensionem . Quis enim gloriarit potest mundum se cor habere ? Aut quis potest libere profiteri , se absque peccato esse ? Nam quid de aliis dicam , si vel ipsum Paulum in medium adduxero , et eorum quæ fecit rationem summo iure ab eo poposcero : non profectò poterit sustinere , non tanta ratione parere . Quid enim poterit dicere ? Prophetas legit abundantius ceteros ; vt qui legis patrum diligens esset emulator : signa vidit que siebant ; neque tamquam prius creditit , quam illa ipsa horrenda visione , in terram deictus , & prostratus est , vocè mirabilè calitus delata , percussus . Quod priusquam fieret , tanquam torreus quidam agens & vertens misericordia et confundebat omnia . Quid coriphæ illum Apostoli col-

Acto: 22.

lici collegij Petrum , post innumerabilia que vidit ministeria , post tam amicam & sollicitam ipsius Christi præmonitionem ; an non ob triplicem illam abnegationis lapsum arguit ? Nisi igitur Magnus ille index misericordia & pietate sua potius , quam exacta censura , nobiscum examen facere voluerit ; nemo certe erit , qui iudicium eius sustinere posset : nemo qui debitor non remaneat . Vnde Paulus dicebat : Nihil mili conscient sum , neque tamen 1. Cor. 4. in eo iustificatus sum . Et Prophetæ . Si iniuriantes obseruantur , domine quis sustinebit ? Neque frustra aut superflue , bis idem repetit verbum , Domine ; sed ex summa quadam admiratione , & stupore , immensa eius clementia , infinita maiestatis vestigii , pelagi bonitatis eius . Sciebat enim recte , sciebat , quād in multis offendimus omnines , & quod etiam ea , que nobis parua delicta videbantur apud illius iustum Tribunal , magnam mereantur puniā . Quoniam inquit , apud te propitiatio est , hoc est , non psalmo 129. in nostris recte factis , sed in tua bonitate situm est ; ut tantam effugiamus damnationem : nisi enim tua benigna pietatis participes facti fuerimus ; nostræ certe vires & merita , nunquam à tua futura in nos eripere poterunt . Quamuis enim nunc par sit misericordia & iustitia tua , ac utroque ex aequo abundes ; tamen illa magis , quam hac , uti soles . Hoc enim ipse profiteris : Ego sum , qui de Ioseph 43. leo iniquitates , id est , hoc est meum proprium , hoc mee bonitatis peculiare opus . Sis quantumvis iustus , abundes meritis ; nunquam tamen illa , nisi cum mea misericordia & humanitate coniungantur , erunt tanti ; ut te ab æternâ damnatione vindicare possint . Et alio loco . Ego suscep- te vos : verè enim apud Dominum misericordia , venia apud eum est propitiatio ; ideo in accipienda ratione est munificus , & liberalis . Propter nomen tuum inquit , sustinu te domine : quasi diceret : Propter nomen tuum plenum humanitatis & pietatis , expectavi salutem , & redempti psalmo 129. onem me-

C iij

onem meam : nam si ad mea respxissim ; iam olim despe-
rasem ; iam olim omnem fiduciam abiecissim : nunc au-
tem legi tuae adhaerens , & mandata tua implens , melio-
rem concipio flem. Tu enim dixisti : Quantum distat ca-
lum à terra, tantum consilia mea à consiliis vestris distin-
cta sunt ; & vie meæ , à viis vestris remote. Et iterum.
Secundum altitudinem cali a terra , confirmauit dominus
misericordiam suam , super timentes ipsum : hoc est , non
eos tantum seruauit , qui se recte geserunt , sed peccatori-
bus etiam peperci , ac inter eorum quotidiana delicia , me-
am in eos diuinam curam , illorumque gubernationem , ma-
gnifice ostendi. Et apud Ezechielem dicit : Non propter
vos ego facio ; sed propter nomen meum , ne prophaneatur
inter gentes. Nos enim , inquit Propheta , non sumus di-
gni , ut seruemur ; neque nobis virtus nostra magnam
si em pollicetur : propter autem ipsum nomen tuum , opta-
tam expectauimus salutem. Hæcq; unica nobis , eaq; cer-
tissima , relicta est salutis & incolumentis spes ; & quasi
facit anchori : si panitezimur ; Dei pietatem & humani-
tatem nos consecuturos. Si enim audieritis , inquit scriptu-
ra ; bona terræ comedetis , sanctâq; promissa , hereditate
adire poteritis. Neque omnino desperandum est , neque
inquam animo concidendum ; si sexcenta sint mīta , si
sexcenti terrores , qui nos in despenionem adducere ve-
lant ; certissimamq; mortem nobis ob oculos ponant : om-
nia enim summo illi Parenti , sunt facilia , & expedita ; ac
ea , que hominibus plerumq; impossibilia esse videntur , ab
eo facilimè explicantur. Apud eum enim est fons vite , et
redemptionis , pelagus salutis , perpetuo scaturiens , inex-
haustusq; benignitatis thesaurus. Ubi enim est misericor-
dia ; illic est etiam redemptio. Nec simpliciter redemptio;
sed multa , & copiosa ; sed ipsius immensus clementia pe-
lagus. Iti ergo sumus a peccatis proditi ; non tamen opor-
tet animo concidere , nec desperare. In eo enim tribunalis

in quo

Esa: 55.

Psalmo 102.

Ezech: 36.

Isaie 1.

in quo vera pietas & benignitas præsidet , non omnia ex-
acte computantur ; non omnia ad nationes reuocantur ;
iudice , propter magnam suam misericordiam , & ad par-
cendum facultatem , multa prætermittente , multa condono-
nante. Huicmodi enim est Deus , nempe qui assidue
misericordia , semper condonat : misericors enim , & miser-
tor est ; & qui omnibus pauperibus , ac pro viribus suis
in bonis operibus se exercentibus , presentem confert sa-
lutem. Cum igitur talis & tantus sit , ac ubique diffusa est
clementia eius magnitudo , apudq; eum vera est misericor-
dia , copiosa redemptio ; clarum est eum populum suum
seruaturum , nec quicquam æterna damnatione puniturum.
Conferamus igitur , cum omni studio ac prudentia , ea,
que nostra sunt ; & ille vicissim perbenigne & munificè ,
sua in nos impendet , vt potè cuius est immensa miseri-
cordia , ineffabilis bonitas. Vera enim sapientia est , vi-
ta laudabilis , in oculisque Dei casta , & munda , seque
humilians & deiiciens. Illi autem qui sine omni poenitentia
in peccatis persistunt : qui terram ventremq; solu-
lum aspiciunt : qui in foedo voluptatum voluntari ce-
no : qui cœlum aspiciunt numquam : qui misericordiam
Dei non querunt , ægri sunt : cumque grauissimè infir-
mentur , ne hoc quidem persentiantur ; sed omnino sanos
se esse putant. Cum melius sit , in quo quis fœdissimo vo-
luntari luto , quam cœno peccatorum inuolui : nam illi
quidem facile lauari possunt ; his autem , qui se peccatis
in eum modum contaminant , nisi eam fœditatem , non
hac sensibili aqua , sed multi laboris & temporis poenitentia ,
multis lachrymis , multo sudore , & similibus spi-
ritualibus expiationibus emundet ; certissimum est pro-
positum exitium. Quam quidem nos veram poeniten-
tiā , atque satisfactionem esse putamus ; & non eam ,
vt dicitis , que peccata pecunia redimat. Nam qui se
tali quæstu contaminat , hic quidem diuinam iram gra-
uissimè

uissimè prouocat ; sexcentas in se congerit calamitates, iustamque Dei vindictam effugiet nunquam. Peccata autem talis, quomodo remittet? cum eius prava intentione, quantum potius, quam peccatoris salutem, sibi proponat? Nam ille quidem fortes, quæ corpus extra inquinant, facile delentur; ha vero, quæ intus animo concipiuntur, vix, & cum magno labore, eluentur. *Ex corde enim prodeunt*, ait Dominus, *cogitationes pravae, homicidia, adulteria, fornicationes, furtæ, falsa testimonia, blasphemiae, & similia*. Quare & Prophetæ supplex Deum rogat: *Cor mundum crea in me Deus*. Et alius nos hortatur: *Munda a malicia cor tuum o Hierusalem*. Quo ipso loco, quid nostrum, quid item Dei sit, nobis præclarè innuitur. Et alio loco: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Emundemus igitur, quantum vires & facultas nostra patitur, mensque nostra capit. Quia autem ratione, docet idem Dominus: *Lauamini, mundi estote: auferite malum cogitationum vestiarum ab oculis meis*; & ne efficiamini similes sepulchris dealbatis, *vt in oculis tantum hominum mundi & innoxii sita: sed ita auferite, tanguam Deum arbitrum & inspectorem rerum omnium vestiarum habeatis*. Quiescite peruersè agere, dñe bene facere. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Vides primum opus esse, ut ipsi lauemus nos; & tunc demum à Deo dealbamur. Nemo autem, et si in profundum peccatorum deuenierit, desperare debet: non, si in habitum & naturam ipsam vitia transierint, nondum tamen plane animo concidendum est: eam enim ob cauſam corum colorum exemplis vertitur, qui non sola superficienſus haerent; sed penitus totam rem ingrediuntur: tamen in contrariam etiam constitutionem transfire posse docet. Si fuerint, inquit, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, veluti lana alba efficienſur. Non
lauemus

Matt: 15.

Psal: 50.

Zeremis 4.

Matt: 5.

Iaie 1.

Matt: 25.

Iaie 1.

aliud talibus exemplis docere; quām præclarum nobis benē sperandi argumentum adferre volens. Contendamus igitur quantum possumus omnes mundi simus, bona opera complectamur: neque festucam alterius; sed nostram trabem, ex oculis nostris ejeſere curemus. Sic enim demum gratia & misericordia Dei futurorum bonorum participes dignè effici poterimus: ſpeci. noſtra, nos non confundet. Magna enim bonorum operum, magna penitentia vis est. Siquidem ita fecde contaminatos, ſic puros & nientes, per haec ipsa nos Deus efficit. Neque tamen dum bona opera laudamus, id agimus, vt ex his efforamur, aut totam fiduciam in illis reponamus; multum enim in hac parte peccaremus: sed ita ea coli volumus, vt que fidem natura ſua conſequatur; vt que ad ſalutem plane necessaria ſunt, & ad que iuxta cuiusque vires exercenda, omnes præcepto Dei obligantur. Si enim illi qui in nomine IESU dæmonia eiecerunt, prophetarunt, quod tamen vitam huic fiduci respondentem non habuerunt, à Domino reieciuntur; quām magis si negligentes fuerimus, eadem illa vox nobis item metuenda erit: *Non noui vos*. Credamus igitur recte ad laudem & gloriam eius: ſed & viuamus honestè; hocquę idem ad eandem laudem & gloriam eius referamus; cum alterum ſine altero nullo modo quicquam prodeſſe poſſit, obesse autem quām plurimum. Si enim recte de iplo fentientes, honeste iuxta eius præcepta non viuimus; tum hac demum ratione dupli contumelia illum afficimus, quod cum eum dominum & magistrum eſcœ recognoscamus, contemnamus tamen; nec eius horrendum tribunal exhorſescamus. Nam si Græci, & hi, qui foris ſunt, impuræ viuunt; hoc quidem mirum non eſt, neq; tanta animaduerſione dignum: eos autem qui Christo nomina ſua deederunt, qui tantis mysterijs conſignati ſunt, tantæq; gloriæ particeps

ticipes facti, improbè & turpiter viuere, hoc verò omnium est indignissimum, hoc non ferendum, hoc nulla venia aut misericordia dignum. Sin verò vt quidam putant, summè illi, & què omni mensura caret, misericordiæ Dei confidimus; solaque gratia Dei, ipsi stupidi & ingrati, saluari speramus; hoc quidem nullo vñquam paecto fiet; neque ea præfumptio nobis aliquid utilitatem

Grat. sic. pacto nec; neque ea praedictio nobis in qua
tis adferet. Vel nostra saltē comparemus, etiam si nihil
ugd. 12.20. sit nostrum, quod planè perfectum sit: confert tamen
ugy. gr̄. 12.21. aliquid, mentemque ac sententiam nostram, qualis sit,
tā. 12.22. tā. 12.23. indicat; quod grati, quod Dei præceptis parentes sumus,
tā. 12.24. tā. 12.25. quod ea, que recta, & honesta sunt, sequimur; ne veluti
tā. 12.26. stupidi quidam, & sensus expertes, ignavi & ociosi, in
tā. 12.27. tā. 12.28. paradisum transferamur. Quod certe nunquam, nisi
tā. 12.29. tā. 12.30. prius nostros qualescumq. conatus, cum Dei gratia con-
statuit igitur
Statutum igitur
Igitur lector,
de loci senten-
tia, quod vult:
mibi nihil cer-
ti in mentem
venit.

Basilius in
Psal. 33.

**DE NVMERO ET NATVRA
SACRAMENTORVM.**

Caput VII.

Septimum

SEPTIMVM CAPVT CON-
fessionis vestrae illud docet , vnam
sanctam Ecclesiam Catholicam vos
sequi . Sacra item Ecclesiæ Sacramen-
ta , ceremonias demum , & sacrifi-
cia , ritæ , & legitime administrare . Ad
quod illud dicimus ; præclarè no-
bis sanctos tradidisse Patres ; vnam Sanctam Catholicam , & Apostolicam totius populi Christiani Ecclesiam
est : corum hominum , qui ea omnia , que legibus
antiquis prescripta sunt , à sacrisq. Canonibus definita ,
ab ipso deniq. Spiritu Dei per Sanctos Patres sancta , &
firmata , piè & sanctè seruant & tueruntur . In ea item ipsa
Catholica & Orthodoxa Ecclesia septem diuina Sacra-
menta est : baptismus scilicet , sacri vnguenti vñctio-
ni , sacram communionem , ordinem , matrimonium ,
poenitentiam , & extremae vñctioñis oleum . Nam cùm
dona Spiritus sancti teste Isaia , septem sint ; septem item
Sacraenta , quæ ab eodem Spiritu sancto vim effici-
endi habent , sìnt oportet . Non plura autem nec pauci-
ora est ; vel ipsa plena rei partitio demonstrat . Omne
enim Sacramentum , vel ad generationem & propagationem
hominum referitur , & tales sunt illæ , quæ in Do-
mino suscipiuntur nuptiae ; vel ad consequendam ater-
nam salutem ; & talis est sacerdotalis ordo , & ea , quæ
per ipsos sacerdotes , vel in ipsis sacerdotibus efficuntur :
que vel omnibus inserviunt , & communia sunt ;
& talis est baptismus , confirmatio , extrema vñctio , com-
munio item facia : vel quibusdam tantum ; talis autem
est , in consecratis quidem Deo facer ordo , ipsaq. confe-
ratio , vt in laicis diximus esse nuptias : in his autem
qui post baptismum delinquunt , poenitentia , ac extre-
ma sacro oleo perunctio : que veluti medicina quadam
lapis post peccatum sunt relictæ ; vt vel ipsam remissi-

*Vñnterfa bcc
descriptio Sa-
cramentorum
sumpta est ex
libro Simoni
Thysdalenœ
de septem Ec-
clesia Sacra-
mentis ex Ca-
pite primo.
Psalmo 50.*

onem peccatorum conferant, vel reliquias carum sor-
diuum, quæ per pœnitentiam expurgatae non sunt, emun-
dant. Sacraenta autem hæc dicuntur; quod in sensibiliibus signis & symbolis, spirituales & arcanos con-
tineant effectus. Quæ quidem omnia Sacraenta, sa-
cra sanciuntur Scriptura, certamq. ac definitam mate-
riam, & formam, efficientem item, aut potius dicam, instrumentalem habent causam. Vt baptismi quidem, ma-
teria est aqua; forma autem, verba sacerdotis illa: Ba-
ptisetur seruus Dei, in nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus sancti: instrumentalis autem causa, sacerdos est:
nisi quid aliud præceps necessitas exposcat, nam, & tum
ab alio, quam a sacerdote collatus baptismus, vim su-
am retinet. Similiter autem & in aliis omnibus, certam
itidem materiam & formam, instrumentalēque cau-
sam, familiaq. omnia inuenire licet. Baptismus igitur,
nos per Spiritum sanctum regenerat. Nam cum mun-
dam illam & impassibilem generationem nostram, vi-
tio primi parentis nostri, perdiderimus, in iniquitati-
busq. nostris concipiatur, iuxta magni Regis quere-
lam, & in peccatis conceperit vnumquenque nostrum
mater nostra; datum est lauacrum diuinum, ad eluci-
das eas maculas, quod eas emundet & expurget sordes,
sacer inquam baptismus. Sacrum porrò chrysma; siue
confirmatio; primum illud sigillum imprimunt, ipsamq.
imaginem diuinam, in nobis renouat; roburque animæ
auget; quæ omnia inobedientia primi nostri parentis,
vel perditæ, vel labefactata in nobis fuerunt. Quare ipsi-
us Spiritus sancti nobis confort virtutem; eiusque bo-
no odore nos prolixè perfundit; et que Christi nota atq.
sigillum. Sacra vero communio, nos cum Christo iungit:
per eamque veri corporis, & sanguinis eius, parti-
cipes efficiuntur. Et ut per illam lethalem escam, omnes
mortui sumus, ipsoque paradiſo exuti; & ab omni di-
uina con-

uina confuctudine exclusi; ita per corporis & sanguinis
Iesu Christi spirituale alimentum, vite item aeternæ re-
stituimur; & corruptionem quidem deponentes, cum
ipso immortali Deo coniungimur, qui propter nos car-
ne nostra mortalis fieri voluit. Sacer autem ordo, ea
potestate & facultate nos donat; qua est ipse prædictus,
qui fecit & creavit nos. Cum enim nihil earum rerum
que sunt, sine ipso esse possit, ea causa in mundum ve-
nit, vt nos ad bene beatitudine viuendum deducat; eam
ipsam vim & facultatem, quam propter nos suscepit, &
in nostra exercuit natura, nobis item in sacerdotali re-
liquit ordine, per quem omnia nobis conficiuntur sacra,
& sine quo nihil sacrum, nihil Deo dignum esse potest.
Et quemadmodum à principio omnium rerum, que sub
aspeçtū cadunt, nos dominos & principes constituit,
ita nunc longè excellentiū per sacerdotium, ipsosq. Sa-
cerdotes, principes nos & presides esse volui: eccl. e-
nam ipsius claves Apostolis, illisque omnibus, qui per-
petua successione in eorum loca suffici debeant, cre-
didit. Nuptiæ vero confedescensionis cuiusdam & indul-
gentiæ diuinae, hic in hac mortalî vita esse videntur, ob
liberorum susceptionem; donec vniuersitas haec cum
sua corruptione consistat. Neque enim voluit Deus, vt
more belluarum, ex fluxu & fôrdibus homo concipia-
tur; verum cùm sponte in mortem prolapsus esset, per-
mitit Deus, vt more reliquorum animantium, succelli-
onem suam propaget: vt vel hinc saltē cognoscat, in
quem statum, per inobedientiam parentum suorum con-
ieçtus sit; donec resuscitet nos, ac priori immortalitatî
restituat, ille qui natura sua immortalis, propter nos
mortuus est & resurrexit. Propterea & ipse benedixit
nuptijs, vt non sine celesti benedictione, ortus nostri,
initia & principia iacentur. Pœnitentia vero correcti-
onem, & restaurationem à lapsu efficit. *Quandoquidem*

post sacrum Baptisma; nulla iam alia curatio superest, quæ sit purè gratia, & ex dono, sine certaminibus, sine laboribus nostris, præter eam, quæ sit per conuersio- nem, per lachrymas, corumque delictorum, quibus Deum offendimus plenam detectionem, ac per ipsam peccatorum fugam. In quo solo remedio & curatione, remissionis peccatorum, nobis relietum est donum. Unde & monachatus ipse corum, qui ita ut dignum est, ea vocatione vtuntur, proflixus: qui nihil aliud est, quam verè pœnitentie professio, pignus atque arrabo. Sacrum verò oculum, sive ultima vñctio, nobis diuinitas tradi- ta, & ipsa est diuinum Sacramentum, atque ceremonia, diuinæ nobis misericordiæ Typum repræsentans: quæ in redemtionem & sanctificationem illis, qui à peccatis conuertuntur conferri solet; proptereaq; & ipsa remis- sionem peccatorum præbet, & ex multis infirmitatibus nos subleuat, eosque, qui illa dignè vtuntur, sanctificat. Et hæc quidem omnia salutis nostræ remedia, ipse Iesus Christus Deus & dominus noster nobis tradidit, & sancti eius Apostoli. Nam cùm ex duplice natura constemus, anima, inquam, & corpore; dupliciter item haec remedia nobis tradita sunt: vti reuera & ipse Iesus Christus, duplex quodammodo nostra causa fieri voluit. Deus, inquam, & homo; quatenus inuisibili quidem gra- tia Spiritus sancti, inuisibili modo spiritualiter, animas nostras sanctificet; rebus autem sensibilibus aqua in- quam, oleo, pane & vino, & ceteris similibus, spiritu Dei sanctificatis, emundentur, & sanctificentur corpora omnium nostrum: vt sic omni ex parte nos saluet, ad eamque perfectionem, in qua nos olim creauerat, iterum restituat. Quo item modo aliquando à mortuis excitabit, vt vñusquisque recipiat, prout gesit in cor- pori suo. Et de Sacramentis quidem, quid vñquodq; sit; quantumque ad salutem conferat, hac tenus à no-

bis di-

bis dictum sit. Vnde autem singula principium acce- perint; nunc paucis exponamus. Matrimonium igitur imprimis ab ipso Deo omnium rerum omnipotente au- Ætore, ab initio constitutum, sanctumque est, tūm, cùm in paradiso Adamum cum Eua coniunxit Post verò, vbi mundo salus apparuit, ab ipso Christo Iesu confir- matum; partim, dum primo miraculo, conuerse aque in vinum, honestatur, partim dum Mosaica lex, quæ da- to libro repudij, vxorem dimittere permettebat, in ea Matt: 19. parte clare perficitur, illudque docetur, à principio sic non fuisse; sed propter duriam cordis eorum, qui le- gem acceperant, id concessum esse. Et illis item verbis. Quos Deus coniunxit, hominem separare non debere. Sed & Apostolus. Honorabile connubium in omnibus, & thorum immaculatum esse docuit, magnumque Sa- cramentum inter Christum & Ecclesiam esse pronun- ciat. Sic à principio quidem creationis Sacramentum hoc institutum est. In nouo autem, ita vti dictum est, testamento confirmatum. Sacer autem ordo, vt inter- rim illud quod ante datam legem fuit, vmbrales sacer- dotium, propter traditionis obscuritatem prætermittatur; ab ipso vniuersitatis Domino, in Moysè & Aarone clarissimè, vna cum ipso vero Dei cultu institutum fuit; ipsi legali cultui per omnia respondens. Illi autem, qui in lege gratiæ hoc tali honore digni habiti sunt, primùm quidem ad eam rem ab ipso Dei filio, vti quidem ipsa testatur sacra scriptura, delecti sunt, qui in hunc modum suos compellat discipulos: Non vos, ait, me ele- gisti, sed ego elegi vos de mundo. Deinde verò in ipso Pentecostes dic; descendente super illos Spiritu sancto, eosque Sacerdotes & Pontifices creante, perficiuntur atque consecrantur: qui ipsi postea eos omnes, qui eo- rum successores futuri erant, per manuum impositionis consecrarunt, tantique doni participes effecerunt.

Sacrum

Deuter: 24.
Matt: 19.Hebre: 12.
Ephes: 5.

Matt. 3.

Matt. 28.

Sacrum verò nouę legis Baptisma, vt alia illa veteris legis baptismata, quę vmboram tantum, futorum bonorum, non rem ipsam habebant, prætermittamus; tam facto, quām verbo nobis ab ipso Domino traditum est. Facto quidem & exemplo tum, cùm in Iordanē baptisari voluit: verbo autem, tūm cùm super omnes cœlos ascensurus, duodecim illos præstantissimos viros, in orbem vniuersum cum ea legatione misit: *Euntes, docete omnes gentes; baptisantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Sacré porr̄ vñctionis Sacramentum, et si quidem verbis sacre scripturę non explicetur; ab ipsis tamē Christi Dei discipulis nobis traditum esse certum est: sacer siquidem Dionysius, diuinorum mysteriorum princeps, hoc ita esse proculdubio à D. Paulo instrūtus, in sacris suis scriptis nobis tradidit. Quem virum, merito primo loco post sanctos Apostolos, sacra veneratus Ecclesia. Sanctissimum autem inter omnia sacra arcana, communionis sacramentum; typicè quidem, & in figura, omnibus illis designabatur legalibus sacrificijs; verè autem, & re ipsa, à Domino ad mortem pro nobis ituro, ante illam ipsam vesperam, quo legit̄rūm Paſcha cum suis manducauit myſtis, traditum est. Tum enim iuxta ritum à Moysē prescriptum, cæna fæcta, nouum nobis tradidit sacrificium; panem frangens, ac inter eos qui menſe afsidebant; diuidens, propria meque carnem appellans, similiterq; calicem, plenum vi no, aqua mixto & temperato, illudq; mitum, verum & proprium sanguinem suum re ipsa esse denuncians, illisq; porrigenς; ac ita eos in sui memoriam facere perpetuis temporibus præcipiens: illud leientes, quod quotiescumque hoc ipsum facturi essent; toties Domini & Magistri sui mortem annuntiatur erant. Sacrum verò penitentie sacramentum, typicè quidem, & in figura in illis omnibus sacrificiis, quę in lege Moysēs pro peccato offer-

to offerri iusserat; adumbratum fuit, verè autem, & perfec̄tè, ab ipso Domino tūm institutum, cūm eam ipsam potestatem remittendi peccata suis tradidit discipulis dicens: *Quorū remisit̄ peccata, remittent̄ illa;*^{Ioan. 20.} *quorū retinuerit̄, retenta sunt.* Et præcipue Petro excellenti quodam modo, promittens se illi daturum claves regni cœlestis, vt quæcumque ligauerit super terram, ligata sint & in celo; & quæcumque foluerit super terram, soluta esent & in celis: Cum enim Petrus interrogasset, septies an pluries, fratri peccanti delicta condonaret? respondit Dominus. Non septies, sed septuagies septies, imò toties, quoties peccauerit, condonandum illi cīse. Extremam autem vñctionem, et si consentaneum est, ab aliis quoque Apostolis profectam cīse; manifestissimè tamen a sancto Iacobō, in eius catholicā Epistola traditur: *Triflatur aliquis vestrum, orat; aequo animo est, p̄fallat: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orient super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: et si in peccatis suis remittentur ei.* Et hæc quidē illi sic ordinavit: indeq; vsq; ad nostra tempora hæc, ita, vtib; ab illo instituta sunt a nobis sancte, & integrè seruantur. Hæc igitur sunt Ecclesiæ Dei Sacra menta; totq; numero, hocq; modo & ratione, quod dictum est, nobis tradita: quibus, qui dignè perficiuntur, particeps sunt diuinorū ac cœlestium donorū. Scire autē nos oportet, omnium eorum sacramentorum principem quafī, & omnia conscientē, sanctis simam & gloriofām mortem domini nostri Iesu Christi causam esse; ex qua, & per quam, in omnes qui modo eius particeps efficiuntur, vniuersa hæc dona, & gratię promanat, atq; profluunt. Quo autem modo & ratione id fiat, alterius negocij & instituti potius est, quām præsentis, quod longe alium scopum, & finem habet ex picare. I

De

66. Censuræ Orientalis,
DE MINISTRIS ECCLESIE,
ET T E O R V M H O N O R E.

Caput VIII.



CONFESSI^NIS VESTR^A TESTATUR. QUAMUIS ECCLESIA DEI SIT CONGREGATIO FIDELIUM ATQUE SANCTORUM; NIHIL OMNIS SACRAMENTA, ETI^A A PRAUIS, & HYPOCRITIS ADMINISTRATUR MINISTRIS, CA NON VITIARI, NEQUE QUICQUAM ILLIS, QUI PER ILLA IANTHIFICANTUR, PROPTER MINISTRORUM PRAUITATEM, JUXTA EUANGELICUM DIETUM, DECEDERE: *Super cathedram Moysi, federunt Scribae et Pharisæi et ceteri.* DICIMUS Igitur & nos, ETIAM PER IMPROBOS, & INDIGNOS MINISTROS, SACRAMENTA RECÈ CONFICI; IPSOS TAMEN MINISTROS, NIHIL ILLIS IUUARI; IMMO MAXIMO INDE DAMNO AFFICI. EOS Tamen, QUI PER MANUS CORUM, ITA SACRAMENTA ACCIPIUNT; EANDEM NIHIL OMNIS UTILITATEM PERCIPERE, AC CODÆM PLANÆ MODO SANCTIFICARI. DEI ENIM GRATIAS EST, QUÆ ETIAM PER INDIGNOS MINISTROS OPERATUR, & QUÆ IPSA PERFICIT LACRAMETÀ OMNIA. QUARE & COS IPSOS MINISTROS, QUAESCU^M QUE ILLI SINT, COLENDOS ESE DOCEMUS; NE PRÆTEXTU HYPOCRITARU^M (FUIT ENIM & IUDAS INTER APOSTOLOS) COS, QUI PROBI & HONESTI SINT, CONTEMNAMUS. EXPOENS ENIM D. CHRYSOSTOMUS EPIS^TOLAM AD THIMOT^H: SIC INQUIT: *Qui honorat, inquit, sacerdotem; Deum quoque honorat: qui verò sacerdotem spernit; ad id sensim prolabitur, ut in Deum ipsum aliquando contumeliosus cuadat.* *Qui vos inquit, suscipit, me suscipit: Et qui vos spernit, me spernit.* ET SACERDOTES AIT SCRIPTUM, EIUS, IN HONORE HABETE. HINC IUDÆI DEUM SPERNERE DEDICERUNT, QUIA MOYSEN CONTEMPERUNT, QUIA LAPIDIIBUS ILLUM IMPETEBANT. NAM QUI PIÈ SACERDOTTI

Matt. 23.

Ecclesiæ 7.

Caput VIII.

67.

SACERDOTI AFFICITUR; LONGÈ MAIORE PIETATE DEUM REUERBITUR. ETSI ENIM MALUS FUERIT SACERDOTIS QUILPIAM, ATTENDIT DEUS, QUOD SUI GRATIA ILLUM CRIAM, QUI DIGNUS HONORE NON EST, OBSEQUIIS FOUES; IPSCQ. TIBI PRÆMIA EXSOLUET. SI ENIM QUI PROPHETAM IN NOMINE PROPHETUS SCIPIT, MERCEDEM PROPHETE ACCIPIET; PROFECTIONE & QUI CEDIT, & OBTEMPERAT SACERDOTI, EUMQ. PROPTER DOMINUM HONORAT; & IPSC^E A DOMINO BENEDICETUR, MERcede^Q. SUA NON DESTITUETUR. *Super cathedram inquit, Moysi federunt Scribae et Pharisæi: Omnia ergo quæcumq. dixerint vobis facere, facite; secundum autem operam eorum ne faciatis.* AN IGNORAS QUID SI SACERDOTIS? *Angelus vesti que Domini est, non ex se ipso loquitur: si delipicis, non illum despicias; sed Deum qui illum ordinavit. Sed unde, inquit, confitat, Deum tuus illius ordinationis auctorem?* NISI ENIM TU HANC HABEAS FIDEM & OPINIONEM, SPES TUA INANIS FAETA EST: *NAM SI NIHIL PER ILLUM OPERATUR Deus, neque lauacrum habes, neque mysteriorum particeps es, neque benedictionibus frueris.* NON ERGO CHRISTIANUS ES. QUID ERGO? DEUS OMNES ORDINAT AQUE DIGNOS & INDIGNOS. NON OMNES QUIDEMILLE ORDINAT, PER OMNES TAMEN IPSE OPERATUR, SALUTEM POPULI MOLIENS, NON ILLORUM INTUENS MERITA. NAM SI PER ASIN^H OS, SI PER BALAAM SCELETUM HOMINEM, POPULI CAUSA^H LO- *Numeri 22.* QUUTUS EST; MULTO MAGIS LOQUITUR PER SACERDOTEM PLEBIS SUÆ GRATIA. QUID ENIM NON AGIT DEUS SALUTIS NOSTRE CAUSA? QUID NON LOQUITUR? PER QUEM NON OPERATUR? SI ENIM PER IUDAM OPERATUS EST, & PER PROPHETAS, QUIBUS DICTURUS EST. *Non noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatibus:* SI Igitur, vel hi etiam DÆMONES IN NOMINE EIUS EIECERUNT: NON MAGIS PER SACERDOTES DIVINU^M MINISTERIO FAMILANTES OPERABITUR? NAMQ. SI PRÆPOSITIONUM VITAS DISCUTERE PERGIMUS; IPSI QUOQUE DOCTORES NOSTROS ORDINARE DEBEMUS: PERUTERO^M ORDINE^M NATURALI,

Iij

Matt. 7.

1. Corin. 4:

Romano: 14:

Num. 16.

Genes. 18.

Roman. 14.

naturali, quæ supra sunt, infra constituantur, ut superius pedes, inferius vero sit capit. Audi quid Paulus dicat: *Mibi autem pro minimo est, ut à vobis iudicetur, aut ab humano die. Et iterum. Tu, quid iudicas fratrem tuum?* Si fratrem iudicare non expediat, quanto minus magistrum? Nam siquidem hoc statuit Deus, bene facis, peccasq. ni facias: sin vero contraria præcepit, noli præsumere: neque ea coneris, quæ super te sunt: neque limites tibi positos transfilias. Infurexerunt aduersus Aaron, post vituli formatam effigiem, Choræ, Dathah, & Abiron. Quid ergo? nonne illi periere? Quilibet que ad se pertinent, sollicitè curet. Nam siquidem fidei dogma pertinet, etiam si angelus sit; obaudire noli: sin vero recte docet, noli vitæ, sed verbis intendere. Habes Paulum, verbis te, operibusq. ad id, quod recte & honestè est, te informantem. Non distribuit pauperibus, inquietus; non bene dispœsat Ecclesiæ res. Vnde id tibi confitat? Noli illū damnare, antequam discas: reatum caue; plurima quippe ex simplici suspitione iudicantur. Imitare Deum tuum, audi ipsum dicentem: *Descendens videbo, si secundum clamorem suum consumantur, an non, ut recte feceram.* Quod etiæ didicisti, & examinasti, & vidisti, expedita iudicium: noli præcipere Christi iudicis ordinem: illius est munus ista discutere, non tuum: in seruus ultimus, non dominus es: ouis ipse es, pastorem noli curiose discutere; ne eius quoque criminis reus tenearis, quod illum accusare præsumis. Et quomodo, inquietus, id mihi dicit, quod ipse non facit? Non tibi ipse dicit. Nam si illi obtemperas, mercede priuaris: Christus hæc admonebit. Plus aliquid dicam. Ne Paulo quidem obediens oportet, si quid dixerit proprium, si quid humanum, sed Apostolo Christum in se loquentem circumferenti. Non igitur mutuo iudicemus nos: sua quisque recte discutiat, vitamq. diiudicet suam. At debet ille, inquietus,

quies, melior esse, quam ego. Cur, te obsecro? Quia sacerdos es. Et quid non habet ille amplius, quam tu? non labores? non pericula? non angores? non ærumnas? Furatur, inquietus, & sacrilegus es. Vnde hoc nosti ò homo? cur te ipsum per precipita impellis? sunt verba ista plena arrogantis: Nempe si quis dixerit, ille purpuram haberet: quamvis id ficias, aures obstrue. Quid ergo hoc in loco periculum minimum necessarium sufficiat? Non parent reatu hæc verba. Audi quid dixerit Christus: Dico autem vobis, quod omne verbum ossum, quodcumque loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Cur te ipsum quis arbitrariis esse meliorem? cur non ingemiscis magis, ac peccatum tundis, atque in humum recipis, imitando Publicanum? Etsi enim melior sis, hac foeda existimatiorne tua, cuncta perdidisti. Melior es, tace, vt perfitas esse melior: quodsi loquaris, omnia exinanisti. Tuam igitur & non alienam examina vitam. Tu de sacerdote dicens: Non sum, sicut iste sacrilegus; & non omnia protinus amittes? Ista necessariò dicere, ac plurimis verbis prosequi cogor, non sacerdotum tantum gratia, sed vestri: nam vereor ne hac elatione, virtus exauriatur vestra; in iudiciumq. decidatis. Audi denique quid dicat admonens Paulus: *Opus autem suum probet unusquisque;* Gal. 6. que; & tunc in semetipso tantum habebit gloriam, et non in altero. Nam, dic oro, si fauicus proficacis ad medicum; num omisca cura vulneris tui, studiosè medicum percunctoris, vulnus ille habeat, nec ne? Nunquid enim si sacerdos malus sit, inde foliatum capiet subditus? nihil minus. Cæterum, dabit ille quidem scelerum suorum debitam poenam; dabis etiam & tu tuorum criminum poenas. Cuius ergo rei gratia, inquietus, præsidet? cur præpositus est? Ne, quæsto, doctores nostros maledictis impetamus, vti ne nosmet potius laedamus. Nostra, vt

stra, vt dixi, omnia discutiamus, & nemini penitus maledicemus. Reucreamur diem illam, qua illuminati ab illis sumus. Patrem qui habet, et si mille patiarū incommoda; omnia patris reverentia conteget. *Nol enim, inquit, glorari in ignominia patris tui; neque enim tibi tam gloria, quam probrum est.* Et si sensum amiserit, veniam habe. Longè hæc magis in patre spirituali dicenda sunt: Reucreere illum quod tibi diebus singulari diuina ministrat: scripturas relegi facit tui gratia: ex ornata domum: propter te vigilat: propter te vota perfoluit: pro te Deum precaratus adficit: tui causa preces exfoluit. At malus ille est: & hoc ad te quid? Numquid enim qui malus non est, ipse tibi magna ista & diuina largitur? Absit. Fides enim tua ad omnia valet; neque tibi iustus quispiam proderit; nisi ipse fidelis sis: neque nocebit malus; si fuerit ipse fidelis. Per vaccas in arca operatus est Deus, cùm populum faluare vellet. Num enim sacerdotis vita, num virtus tantum conferre potuissent? Non possunt, quæ Deus ipse largitur, velut sacerdotali virtute perfici: omnia quippe diuina sunt gratiæ: Symbolum iste tantummodo implet. Intuitu quantum inter Iesum & Ioannem intercessit: Et audi dicentem Ioaninem: *Ego opus habeo a te baptisari, et tu venis ad me.* Sed tamen, cùm tantum intercessit: descendit Spiritus, quem non habebat Ioannes, neque Ioannes ipsum descendere fecit. Cur ergo istud fit? Vt scias sacerdotem symbolum implere tantummodo; Deum autem omnia operari, Deum omnia perficiere. Sacra ipsa oblatio, sive illam Petrus, sive Paulus, sive cuiusvis meriti Sacerdos offerat; eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis suis; quamque Sacerdotes modò quoque conficiunt. Nihil haberet ista, quæ illa, minus. Cur id? Quia non hanc sanctificant homines, sed Christus; qui illam ante factauerat. Qui autem hoc illo minus aliquid ha-

quid habere putat, ignorat Christum esse, qui nunc etiam adest, atque operatur. Hæc igitur scientes (neque enim absque certa ratione hæc omnia dicta sunt, sed ut sententiam vestram sensumque corrigamus, cautioreq. in posterum faciamus) omni studio & diligentia conscruate. Nam si semper audimus, & nunquam audita perficimus; nihil ex his, quæ dicuntur, emolumenti precipimus. Attendamus ergo nobis ipsis quæsto diligenter; & quæ dicta sunt, magno studio implere curemus. Deleamus ea, quæ prava a nobis dicuntur, ex cordibus nostris; ea autem quæ recta sunt, in conscientiis nostris imprimamus, horum perpetuæ memoræ. Ea quæ vera & honesta sunt, iuxta sanctorum Patrum, tam scriptam, quam non scriptam traditionem, perficiamus, ac iugiter sancte Trinitati gloriam referamus; quam decet laus & gloria in sempiterna secula seculorum. Amen. Totum hoc Caput ex D. Chrysostomi 2. Epistola ad Timotheum, Cap. 1. Homil. 2. est despunctum.

DE BAPTISMO PARVULORVM.

Caput IX.

NON VNCAPVT CON-
fessionis vestræ docet, infantes bapti-
fandos esse, neque tempus matu-
riæ ætatis expectandum; quod &
nos eodem modo, ne diurna dilatio,
aliquid adferat periculi, face-
re folemus. Hæc autem non alia ra-
tione a nobis sunt, quam ea quæ superius capite secun-
do confessionis nostræ declarata est: Nisi enim quis re-
natus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non ingredietur
in regnum cœlorum. Non tantum autem baptismus
infantes, sed etiam cœnæ dominice, ita vti dictum est,
partici-
to: 3.

participes facimus. Docet enim magnus Basilius, eos, qui ex Spiritu sancto regenerati sunt, spirituali etiam aimento opus habere. Et ipse Dominus grauerit interminatus est: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem ipsius, non ingrediemini in regnum Dei. Necessarium igitur omnibus ad salutem utrumque Sacramentum esse putamus, Baptismum, inquam, & sacram communionem.

DE COENA DOMINI, VERITATE CORPORIS ET SANCTIVINIS CHRISTI.

Caput X.

E C I M V M C A P V T D E
cœna domini dcererit, non quidem
prolixiore illo & fusiōne tractatio-
nis modo; sed hoc ipso, vt ita dicā,
claro & compendioso: multa enim
in hac parte de vobis referuntur;
que nobis nullo paēto probari pos-
funt. Ecclesiæ igitur sancte illud iudicium est. In lacra
coena, post confeerationem & benedictionem; panem in illud ipsum corpus Iesu Christi, vinum autem in illum sanguinem, virtute Spiritus sancti transire, ac immutari; pane fermentato existente, vt verus sit panis, & non azymo. Dominus enim ea nocte quia tradebat, accep-
ticiens panem, gratias agens, frēgit & dixit: Accipite & comedite; hoc est non azyma, aut figura corporis mei: sed, Hoc est ipsum corpus meum, & sanguis mens. Neque vero aut tunc, cum illis porrigebarat ea caro, quam ipse Dominus gerbat, in cibum dabatur Apostolis; aut sanguis in potum; aut nunc in diuina myste-
riorum

riorum administratione; tanquam corpus illud sursum translatum de celo iterum descendat, (blasphemum enim hoc est:) sed & tunc, & nunc, transformatis & transmutatis, gratia & inuocatione Spiritus sancti, qui ^{μετασηματιζει} ^{νε και μετατρεπει} omne hoc perficit & consumat Sacramentum, speciebus, per diuinas & sacras preces, dominicaque verba; ipso quidem pane, in verum corpus Domini, vino autem in verum sanguinem transeunte, & immutato. Panis enim quem ego dabo vobis, dicit Dominus, Caro mea est, eos qui credunt sanctificans, atque sanctos efficiens. Vt quemadmodum ipse Dominus partem recipiens nostrę mortaliss massę, theanthropos, hoc est, dominicus homo factus est, nostrique corporis & sanguinis particeps; sic & nos corporis, & sanguinis eius particeps facti; positione quadam, & eius gratia, dij quodammodo effici-
mūr. Non igitur amplius, aut figura, aut azyma est ille panis dominici corporis, qui à Sacerdote consecratur, sancteque tractatur; sed illud ipsum verum corpus Christi, sub speciebus fermentati panis contentum; ipso domino, vt iam superius magis in parte à nobis explicatum est clarissime, atque apertissime; multis in locis, id ita esse affirmante. Quod idem, vt & illud, quod de pro-
cessione Spiritus sancti à nobis superius dictum est; & alia item quædam his similia, à nobis prolixius in magis proprio loco explicabuntur tum, cum scilicet ad illam orationem veſtram repondebitur, que dicit: Vos in omnibus cum Latinis consentire: differetiam autem inter vos, & illos, tantum de quibusdam abusibus esse.

ANNOTATIONES.

Pane fermentato existente, vt sit verus panis etc. Putant moderni Greci, Azyma panem non esse; & ideo nullo modo Sacramentum corporis & sanguinis domini, in illo confici posse: vel si sit non tamen in eo Christum Dominum Sacramentum hoc instituisse:

indeq; Latinos per exprobationem Azymitas appellant, ut & ipsi evicimus dicti sunt fermentarij. Primum igitur illud plam falsum est, Azymos panem non esse; cum ipsa sacra scriptura sepius panem appeller: Exodi 12. Et azymos panes cum laete: & subcinerios panes azymos. Et 29. Tolle panes azymos. Nume: 6. Canitrum quoque panum azymorum. Ioseph 5. Et azymos panes. Iudic: 6. Tolle carnes & azymos panes. Luce 24. Et cognoverunt eum in fracione panis, quod diebus azymorum factum fuit. etcet. Posterioris autem illud; Christum Dominum in extrema cena azymis non esse usum. Fermentatum pane, inde demonstrare volunt; quod non in die Pasche, sed potius ante eum ipsum dicim, canam hanc, Dominus cum discipulis suis manducavit: id, quatuor locis Scripturæ confirmare nituntur. Primum Mat: 26. Marci 14. Luc: 22. Vix in consilio Iudeorum, illud decernitur, ne in die festo propter tumultum populi, Christus Dominus comprehendatur: atque co ijsō dic, quo comprehensus est, canam hanc perget. Ergo hoc tempus, dies festus Pasche iuxta id quod decretum eius non fuit. Secundo Iohannes 3. vobis dicit Euangelista: Ante diem festum Pasche, sciens Iesus, quia venit hunc eis et. Tertio Ioh: 16. Ipsa autem non intinerat in prætorium, ne contaminaventur, & comederent Pasche. Quarto 19. eiusdem Iohannis: Iudei autem quia panissecus erat et. Hinc igitur colligunt Christum Dominum non in die Pasche, sed potius ante eum diem sum celebraz Pasche; & ideo azymos non esse usum, sed potius fermentato pane. Sed & hoc totum falsum est. Scribunt enim vniuersi tres Euangeliæ: Prima autem die azymorum, accesperunt discipuli ad Iesum, dantes, culi conparemus tibi comedere Pasche? addit Lucas 22. capite: quando necesse erat immolar Pasche. Si igitur primo die azymorum accesperuerunt ad eum discipuli, et parent illi Pasche; neceesse fuerat eis fuisse Iudeos azymis, a quibus dies illi primus azymorum dicebatur. Et si eodem die neceesse fuit immolar Pasche, aut duo dicunt Euangeliæ; certe tum Pasche fuisse, nullo modo negari potest. Quidam nam aliquando contat Græcos propostum fuisse; illi tam evidenter testimonijs respondere non posent, tanta vis est contentionis & pertinacitatis, ut tres reliquos Euangeliastas eruse potius dicere malent, ab ipsis Iohanne correciōs esse quam ut id, quod verum esset, faterentur. Cum igitur tres Euangeliæ, ita uti dictum est, clarissimus & descriptissimus verbis reflectantur, primum illum diem azymorum extitisse, &

titisse, & necesse tum fuisse celebrarvi Pascha: ipse profecto trium Evangelistarum in una re consensu docet, atque aliud in illis Evangelij verbis subesse, que Græci adserunt, preter id quod sonare videntur. Et in illo quidem loco non est magna difficultas, ubi docem in consilio Scribarum conclusionem fuisse; ne Christus Dominus in die festo coperetur. Neque enim illud docet Euangeliæ, hoc penitus definitum, & conclusum fuisse; sed tantum in consilio propositum. Tunc congregati sunt, inquit, principes Sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas; & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo etc. Sed detur sanè illis ita rūa constitutissime, atque decretae; cum tamē res arbitrii eorum non fuerit, sed illius potius qui oblatua est, quia ipse voluit, & quando voluit. Et quicquid modum non tum occidit est, quando illi concipiabant, nec eo modo, quo illi voluerunt; ita etiam ne tunc quidem comprehensus est, cum illi statuerint; sed tunc cum ipse voluit, ut quidam noxi sculi doctissimus vir annotauit: ut vel eo ipso demonstraretur, non istorum arbitrio, sem tamē gestam esse; sed eterni patris ordinatione, ipsiusque filii charitate, qui animam, quam nemo ab illo auferre potuit, ipse, quando & quomodo voluit, pro nobis posuit. Panissecue autem illud, propter quod Iudei non ingressi sunt prætorium, neque pabili sunt pendere corpora ad velutinem crucifixorum, quale fuerit, ipse explicat Euangeliæ: non simpliciter prima die azymorum, que est 14. Luna, aut ipsius Pasche, sed magna diei Sabbati. Sic enim scipsum interpretatur Euangeliæ: Iudei ergo quoniam Panissecus est, ut non remaneant in cruce corpora Sabbato; etiam enim magnus ille dies Sabbati, rogauerunt Pilatum etc. Ubi non dicit, magnus dies Pasche, sed magnus dies Sabbati. Qui quidem dies, in totis illis octo diebus Pasche, atque azymorum, celebrissimum propter concursum diuarum solennitatem, Sabbati, inquam, & Pasche habebatur; & quem Iudei maiore etiam solemnitate aliquando celebrabant, quam ipsam primum diem azymorum: & quem eundem per excellentiam Pasche nonnunquam appellare solebant. Quomodo item & ille locus Iohannis intelligi potest, cum dicit: Ante diem festum Pasche: ut intelligatur ea dies, quam postea magnum diem Sabbati appellat; cum prefecimus dicit, non ante diem Pasche, sed ante diem festum Pasche: illum enim solum ex oculo illis diebus, ita uti dictum est, propter magnam solennitatem,

per excellentiā, dicm festum Paschæ appellabant: quod clare similis
locu[m] ciudem Ioan. cap. 12. indicat. Iesu autem ante sex dies Pa-
schæ evenit Betbaniam. Quanquam etiam ita locu[m] ille intelligi po-
te[re]t, quomodo communiter intelligitur; vt ante dicm festum Paschæ
intelligatur: hoc est, priusquam vesperijs ipsa aduenieset, à qua Iu-
dei dicm festum Paschæ ex lege Domini inchoate solebant. Cuius
totius rei, nūdum locupletiorum autem bavaris posunt: quam ipsam
Grecia principiū Chrysostomum, cuius ista verba sunt in cap. 26.
Super Matthæum: Vnde, inquit, liquidu[m] patet, cupiditate inter-
ficiendi Christum prævaricatos fuile, ac alia die, Pascha come-
ditse. Non enim Christus tempus Paschæ transgressus est; sed illi
audacissimi homines, & mille transgredientes legis præcepta.
Quibus ita explicatis, clarum est ipso primo die azymorum, quando
neccesse fuit immolar Pascha, Christum Dominum, iuxta trium Eu-
angeliſtarum testimonium, sicut item celebriſ Pascha; nouamq;
& invenientiam agnum & eterno patri codem vesperi obtulisse; et idcirco
azymis & non fermento rufiſi eſe. Verum, siue Christus Dominus
in ipso die Paschæ māducatur in Pascha, siue ante dicm festum Pa-
schæ, vt iſi volunt; hoc tamen negare non possum, Christum man-
ducatur Pascha, in ſu[m]q; agnum Paschalem, qui ſcripsi Pascha di-
citur. Sic enim dicunt ipſi discipuli: Vbi vis paremus tibi Pascha?
ſic ipſe Dominus: Magister apud te vule manducare Pascha. &
defidio defiderauit hoc Pascha manducare volubilis. Quod fita
est, Pascha iuxta legem Dei. Exodi 12. Deuter. 16. alſque azymis
non comedebatur: Ergo & Christus Dominus, cum manducaret
Pascha, azymis secundum legem Dei vescebat. Hocq; ita ſu[m]
ſe princeps ille Grecorum docet Chrysostomus, cuius illa verba ſu[m]
Matthæum sunt. Dominus demonstrauit, quod à principio cir-
cumcisio[n]is ſue, vtque ad diem Paschæ extremitatum erat con-
trarius diuine legi. Non indolitas igitur fabulas, sed veritatem i-
pſam, Christi institutionem, ac exemplum, Iacob Romana Ecclesia
fecuta, cuius fides nunquam deficer debuit, in azymo pane sacram
hoc conficit Sacramentum: quan rem ut pote à diuina sapientia pro-
ficitam, palberimē demum, ac crucifime sunt confiteat, conne-
nitientie; partim, ut de signis corporis illud, & sanguinem sine vila
peccati aut virili ſeminis communione concepit, taleq; à Domino
ſu[m]ceptum eſe; partim, ut & illi instruantur, qui ad eam mensam
accident, ut & ipſi cum omni puritate mentis & corporis, purgati
ab omni

ab omni vetustate & corruptione peccati; non in fermento veteri,
neque in fermento malicie & nequitie, sed in azymo sinceritate
& veritatis, cum carne manducent, & cum bibant sanguinem:
partim etiam, ut ostendatur cibum hunc vice & peregrinationis,
non patris eſe, qualis ille panis azymo fuit. Neque illud obſtar,
in quo frigide exaggerando, nimis est Simeon Theſalonensis, ne
Iudaſare videamus. Nam si ipſe Dominus primautor & inſtitu-
tor ba[bi]u[li] Sacramenti, nibil metuebat; ne in bac parte Iudaſare
videtur, cum in azymo pane, ita roti demonstratum eſt, hoc inſtitu-
ebat Sacramentum; certe nūllo minu[n] nobis metuendum eſt, cum
in bac parte dominus & magistrum nostrum sequamur. Quod ſi o-
mnes ritus veteris legis nobis ſunt fugiendi, caro ob cauſam, ne Iu-
daſare videamus; tam imprimis ipſam facrum Pascha nobis repa-
randa erit, quo ritu & ceremonia nibil magis eſt Iudaſare. Sed
quemadmodum in Paschalis celebratione, idem nō Iudaſare, quia
longe alio ſit & intentione Pascha nostrum celebramus, quam ipſe
Iudei celebrabant; ſic item in ipſo panis azymi uſa, ne quaque
Iudeos ſequimur, caro id alio fine & scopo, quam ipſe Iudei facere
ſolent, facimus. Quanquam autem bis tantis nationibus nitatur
Latina Ecclesia, ea tamē moderatione in bac parte uitatur, vt con-
tarium uſam non damm; modo in amore & charitate atque obe-
dientia, a Grecis, ex eorum recepto ritu, olſeructur. Quinimò, &
ipſam ſati convenienti natione, inſtitutum eſe doceat; ad ſignifican-
dam ſilicet, quod verbam patris indutum eſt carne, quam in ſu[m]
quodammodo conuerter naturam; ſicut fermentum mixtum farine,
eam immutat in ſu[m] naturam. Et quod maximum eſt, ipſa eadem
Latina Ecclesia, ad deſtationem Nazareorum, qui legalia, Eu-
angelio miſcebant, tantisper, dum res tulit, & dum scandalum re-
mentum eſt, eodem ritu aliquo tempore reſa eſt. Ad extremitatē de-
creuerat, tam in azymo pane, quam in fermento tritico pane, cor-
pu[m] Christi remittere confici; ſacerdotesq; in altero illorum ipſum do-
mini corpus conficerre debere, unquamq; ſilicet, iuxta ſue Eccle-
ſie, ſue occidentalis, ſue orientalis conſuetudinem. Iſi autem cu-
lici ſemper colant, camelum autem deglutiunt, nouasq; cauſas
diſſidiiorum ſemper querunt. Sed de fermento batentes: qui plura
bac de re co[n]ſciere velit; legat ex Grecis quidem Simonem Theſ-
alonicum de Sacramentis 2. cap. Ex Latinis autem Innocentium lib.
3. cap. 4. de Sacrificio Miſie. Leonem nonum in Epiftola ad Impe-
n[er]torem

intervenit Constantinopolitanum. D. Anselmum in Separato de ea re libello. D. Thomam, Parte 3. Q. 2. A. 4. Apulensem in suo defensorio, Parte 2. Tunc crematum in appuncto, super decreta conciliorum Graecorum. Ante omnes autem præcipue Gennadij Scholarij Patriarche Constantiopolitani caput secundum defensionem, caput 5. fanicte acumenice Synodi Florentine, quod, vel totum caput hoc loco adscriberemus, nisi metueremus, ne scriptum hoc ultra modum excreceret.

Ea caro quam ipse Dñs etc. Modum, quo corpus Christi sub iste cibis fit pars ; & sanguis sub speciebus vini continetur, explicat. Quod scilicet, non per loci mutationem, ut omnes illi, qui ubique dicuntur, appellantur, ercentur sentient ; sed per ipsam transmutationem, atque transsubstantiationem, modo sibi Deo, cuiusque sanctissimo Spiritu cognito. Nemo enim nouit que sunt bonitatis, nisi spiritus bonitatis ; neque ea que sunt Dei, nisi spiritus Dei.

Gratia & iuocatio Spiritus sancti, etc. Pro quo impetrando, pulcherrime iste postulationes à veritatem Liturgiarum scriptoribus compotis sunt. A D. Iacobo quidem et Clemente illa. Rogamus igitur, ut mittimus Spiritum sanctum tuum, super hoc sacramentum, qui officiat hunc panem corpus Christi tui ; & quod in hoc calice est, sanguinem Christi tui. Et iterum à D. Iacobo illa : Rogamus, inquit, ut Spiritus sanctus adueniens, sancta bona, atq. gloriofa eius praefinia sanctificet ; & faciat hunc quidem panem corpus sancti Christi tui, & calicem hunc pretiosum sanguinem Christi tui. A Basilio vero : Rogamus, inquit, ut venias Spiritus sanctus tuus super nos, & super haec proposita munera, & benedic ea, sanctificet, & faciat hunc quidem panem, ipsum pretiosum corpus, & vinum pretiosum sanguinem domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui efflusus est pro mundi vita. A Chrysostomo vero in eum modum : Emitte, ait, spiritum tuum ; & fac hunc panem pretiosum corpus Christi tui : quod verò in hoc calice est, pretiosum sanguinem Christi tui ; transmutans ea Spiritu tuo sancto.

Sacris ad Deum precibus, etc. Arbitrantur plerique ex Graecis, non solum verbas domini preciosum corpus & sanguinem Iesu Christi confici ; sed alijs item factis ad Deum precibus, gratiarum item actionibus, sublationibus, confessionibus, postulationibus. Ex quibus qui ita sentient, et forma quidem & natura ipsius consecrationis, in

tionis, in verbis Domini constituta sit ; reliqua autem preces & postulationes, ornatus cuiusdam & decoris causa, non ipsius sanctorum Iesu Christi verborum planioris interpretationis & enarrationis adhibeantur : ut illud in tot preicationibus per separata patris, & Filii, & Spiritus sancti iuocationem, designetur ; totam simul sanctam Trinitatem, ad tanti mysterii omnipotentem productionem, simul, et quasi in codem instanti conuenire : illi preclarae de hac tota re indicant. Tum si easdem illas omittentes, ad nostram potius, quam donorum sanctificationem, ac in mysticam IE S V C H R I S T I corporis consecrationem, ita referri arbitrarentur ; ut eti omnes illae aliae preces & postulationes abfirmit, quae tamén a principio pacatas fuisse certum est, si modo ipsa IE S C H R I S T I verba, non simpli- citer, nec historice referuntur, sed cum devotione, & intentione. Sacerdotes, tanquam potesta regis editum & mandatum ex persona ipsius regis, a precone, cuius sacerdotem preferuntur ; plena- nam & perficiam consecrationem fieri : ut item si catene omnes orationes & postulationes adhuc, verba autem illa Domini definet, nullo modo tantum confici mysterium. Et hoc ipsius veri- ficatione dicunt. Illa enim omnia, que antecedunt, & sequuntur ; quasi apparentia quidam, & expposito corrum verborum sunt : que si in uno instanti posset cum verbis Christi preferri, nihil ejet convenientius. Sed, cum propter humanam imbecillitatem simul pronunciari non possint ; alia quidem antecedant, alia consequuntur oportet : non tam sua quidem natura, cum unam hoc solum sit indissimil opus, una actio ; quam ipsa necessitate, & nostra infirmitate sit postula- lante. Qui inquit ex Graecis, aut Latinis, ita sentient ; ille profes- sio preclaræ & veritatis de tota sacra Liturgie economia flatuunt. Nam & in Baptismo similiter illa sola dominica verba, et si catene absint : Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti : vel, Baptisetur seruum Christi etc. regenerant & sanctifi- cant, nouamque faciunt creatuam : catena tamen recte & conuenienter, & vel ad mysterii explicationem, & vel ad ministrorum sanctificationem, & vel ad maiorem dignitatem & ornamentum referuntur. In qua quidem sententia D. ep. Iacobum, Clementem, Basilium, Chrysostomum, & omnes alios, recte de tota natura huius Sacramenti iudicantes, clarissime corum docent Liturgie ; atque adeò ipsam Nicolaum Cabasilam, cuius bac de re libet hoc loco adscribere, & quomodo ipam ante

ipsam ante passionem dedit sanctis suis discipulis: & quod accepit calicem: & quod accepit panem: & actio gratijs sanctificauit: & quod dixit ea per quæ significauit mysterium: & cùm ea ipsa verba dixit; deinde procedit, & orat, & supplicat, diuinæ illas voces ipsius vnguenti seruatoris nostri, etiam in donis propositis applicans; & vi suscepit eius sanctissimo & omnipotente Spiritu, conuertitur quidem panis, in ipsum pretiosum & sanctum eius corpus. Hæc quim orauit, & dixit; vniuersum sacrificium peractum, & perfectum est: & dona sunt sanctificata, & hostia integra, & perfecta effecta est: & magna hostia & victimæ, que pro mundo macrata est, supra sacram mensam sita cernitur: panis enim non amplius figura dominici corporis, neque donum ferens imaginem veri doni, neque ferens aliquam descriptionem ipsius seruatoris passionis, tanquam in tabula; sed ipsum verum donum, ipsum sanctissimum corpus Domini, quod omnia illa verè suscepit, probra, contumelias, vibices, quod crucifixum, quod interfectum, quod sub Pontio Pilato pulchrum testimonium confessum est; quod colaphis appetitum, contumelij affectum, spuma paullum est, & fel gultauit: similiter & vinum ipse sanguis, qui exilijs occiso corpore, hoc corpus & sanguis, qui ex Spiritu sancto constitutus est, natus ex Maria virgine: qui seculptus est: qui resurrexit tertio die: qui ascendit in celos, & sedet ad dexteram patris. *Hec Cabasila. Si qui autem sunt, qui ita sentiunt, ut nos ipsi verbi domini: sed onctionibus & postulationibus quibusdam, hoc tale mysterium confici exilijnt; & vel scilicet verbi illi propter tantum, Christi Dei optimi maximi, onctionis & postulationis copiarum, ac aliudq. virium & potestatis addere, si cum omnipotenti verbi Dei detabant potestati, plusq. humane devotioni, quam diuine virtuti tribuant, hominimq. Deo antefacti, non tantum vobementer errant; sed etiam gravi impetrant, & blasphemia, se obligant. In qua sententia Marcus illi Episcopatu fuisse videtur, pertinacia, & ambitionis, Noue Graecie, conicu vindex, parvus causa famulis patronus. Verum bac de re, qui plura cognoscere voleat, legat Nicolam Cabasilam cap. 27. 28. & 29. in Liturgie expostionis. Legat item cundam Episcopatum, in separato de ea re opusculo. Legat amplissimum Bosphoratem in lib. de Sacramento Eucaristie, quibus feliciter verbi corpus Christi conficitur, verisimile & luculentissime rem eam totam explicantem.*

*DE OFFICIO CONFIDENTIS,
ET EIVS, QUI AUDIENDÆ
Confessioni præst.*

Caput XI.



NDECIMVM CAPVT, REMILLIONEM peccatorum, ei qui conseruit, ab eo qui sit economus, & administer corū mysteriorum; conferri debere enunciā: illud tamen excipit, vt omnia peccata recensēantur, aut per singulas species enuincientur, non esse necessarium. Scriptum enim est: *Psal. 15.* Peccata quia intelligit: Cui capitī respondentē dicimus. Peccatum quidem hunc ipsum talem economum & dispensatorem, non alium, quam spiritualem medicum, omni spirituali doctrina, ad eam rem perfectè instrūctum, & informatum, esse debet. Deinde, cum qui conseruit, cùm demum perfectam peccatorum suorum consequi curationem; si peccata omnia, omnēsque eorum partes, quantum animus illi sufficit, & quantum meminisse potest, cum contrito & humiliato corde recensuerit, atque confessus fuerit, fecerit que ea omnia, que maximè illis peccatis, que admisit, aduerterantur: sic licet, vt arrogantiam, humilitate corrigit: turpis lucri studium; eius, quod iniuste quæsiuit, restituione, ac propriè substantiè amplius in pauperes erogatione; in alijs que codem modo, iuxta canones nobis prescriptos, ac à sanctis Patribus traditos. Quæ quidem omnia gratis, & propter Deum, non autem propter aliquam lucri & quæstus spem, & expectationem, administrari debent. Cum hac re, nihil sit fœdus; hacque satisfactione, nihil Deo magis ingratum, & odiosum esse possit. Illorum enim spi-

enim spiritualium, qui lucri causa cauponantur potius, quam administrant diuina Sacraenta, ex ipsa que sacra doctrina ditescunt; aliena item in se recipiunt peccata, aliaque eius generis faciunt; reprehensibile est ministerium: ideoque nunquam tales diuinum effugient iudicium, externum quod exitum consequentur. Nonque eos homines, qui in his deprehenduntur, grauiter spiritualibus animaduersoribus castigamus, ac publico decreto, ab omni spirituali dignitate remouemus. Neque enim pecunia, aut muneribus, spiritualia licet debent, neque his talibus satisfactionibus peccata redimi, sed eius, qui confessus est, ita ut diximus, contrito & humiliato corde, contrariorumque studiorum exercitio, ac perfecta ab omni malo fuga & abstinentia. Quod autem vel per obliuionem, vel animi pudorem confiteri prætermiserint; precamur pium & misericordem Deum, ut & haec ipsa simul cum coeteris illis condonare velit: confidimusque eos talium etiam à Deo veniam confuturos. Quod quidem omnia, hisque similia, magnus ille spiritu Bafilius docet: Omne, inquit, delictum ac pud eum qui præsidet referre oportet; malicia namque silentio teœta, occultus ac sub cure latens, moribus est.

Remedia autem, & curationes, iuxta medicorum artem & exemplum, sunt illis, qui curantur, adhibenda; ut non tam agris medicus infensus sit, quam cum morbis ipsi pugnet, prauisque affectibus occurrat, ac veluti ex aduerlo pugnet; asperioremque & duriorem, si ita opus sit, animę morbis nonnunquam adhibeat viuendi rationem: ut vanę quidem glorie studium; per intentionem eorum exercitorum, que humilitatem parunt, curen: somni & quietis inmoderationem; diuturnis in oratione vigilis: corporis segnitiam; laboris sedulitatem: gulam, & cingulum; inedia; & similia, codem modo. Illius autem, qui curatur, munus erit; in meliorē partem

partem omnia interpretari, neque correctiones, atque miunetas penas, tyrannidem esse putare; sed potius, tanquam salutare remedium, ab ardenti salutis fuœ studio profectum, magna pietate amplecti. Turpe enim est eos, qui corpore infirmantur, tantum medicis fidei habere; vt siue incident illi, siue vrant, siue amarissima quoque remedia propinent, eos tamen pro beneficioribus suis reputent: nos autem, erga animarum nostrarum medicos, ubi per laboriosam curandi rationem salutem nostram studiose procurant; non saltem eodem modo affectos esse. Illi autem qui obiurgat, diligenter prouidentum erit, ne eodem modo cum pijs, & ex animo paenitentibus agat; & cum illis, qui nihil curant, planèque indiferentes sunt; etiam si nonnunquam in eadem virique incident peccata. Pius enim & timoratus homo, cum Deum timeat, certat ac luetatur, vt Deo placeat, cuiusque voluntati obtemperat; in ipsoque conatu, ob aliquam nonnunquam non prouisam circumstantiam, casu, ac contra suam voluntatem offendit, atque labitur. Ille autem qui contemnit ac indifferens est, cum nullam neque sui, neque Dei habeat rationem, nullumque inter turpe & honestum discrimen ponat; in primis, & maximis delinquit rebus, duoque lethalisimos patitur morbos: aut enim Deum contemnit, aut illum esse penitus negat: quas duas potissimas in animis nostris caussas, & radices omnis peccati esse, testis est scriptura. Nunc quidem dixit impius, ut peccet in se- psalmo 17. metipso: Non est timor Dei ante oculos illius. Nunc vero, dixit insipiens in corde suo; non est Deus. Itaque vel Deum negligit, atque ideo peccat; vel illum penitus esse negat: & hac ratione in studijs suis corrupcitur, et si nonnunquam ore Deum confiteri videatur. Deum, in titulum 1. quid scriptura, verbis se nosse confitentur, factis autem negant. Quod cum ita sit, increpationum quoque, atq. multa-

mulctarum, non eundem esse debere modum, omnes existimare debent. Amplius autem scire oportet, eam gratiam, quam gratis ipsi accepimus, gratis quoque impendendam esse: neque inde villam mercedem ad quem-
stum & voluptatem nostram, instituandam esse. Si enim p̄cipit Dominus: *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprojos mundate, dæmones ejicite: gratis accepisti, gratis date.* Et D. Paulus. *Negue enim aliquando fui-
mus in sermone adulatioñis, sicut scitis: neque in occasione
avaritie, Deus testis est: nec querentes ab hominibus glo-
riam, neque a vobis, neque ab alijs; cum possemus vobis
oneri esse, ut Christi Apostoli: sed facti sumus parundi
in medio vestrum, tanquam si nutrix foueant filios suos.
Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis, non
solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoni-
am charissimi nobis facti esitis.*

**DE MULCTIS, ATQUE SATIS-
FACTIONIBVS, QVAS D. BASILIUS**
rē lniqūo, alij autem Greci ^{magis humaniores}
appellare solent.

Caput XII.

DODECIM V M C A P V T
Confessionis vestre docet: eos, qui post baptismum in peccata prola-
buntur, remissionem peccatorum
tum consequi, ubi conuersiōnem, &
pœnitentiā suā, ad Deum contri-
trito corde, & fana fide, testati-
fuerint. Nos vero in hac quoque parte vobis responden-
tes, illud dicimus: hæc quidem à vobis verè dici. Ipse
enim p̄cipit Dominus, dimittere peccata, non septies,
sed septu-

Matth.18.

sed septuagesies septies; certo, & definito vtrēs nume-
ro, ad incertum, & indefinitum designandum. Et alio
loco. *Quod ad me veniet, non ejiciam foras.* Quod au-
tem omnes planè Canonicas satisfactioñes, peccato-
rumque expiations penitus rejicitis; de eo ita statui-
mus. Si quidem satisfactioñes iste, tanquam quædam
curationes, & remedii morborum, à spiritualibz viris
adhibentur, nulla habita ratione quæstus, aut priuatæ
utilitatis; contra superbos, auaros, gulosos, intempera-
tos, intuidos, iracundos, ignauos, ac contra alios omnes,
qui se variis contaminarunt flagitiis: tum hac ipsa re-
media esse plurimumque valere, ac magnam utilita-
tem adferre dicimus: vti quidem ante nos sancti, & Deo
pleni partes, eos, qui conuertuntur, quiq; resipiscunt,
Canonice expiari p̄cipiunt. Si autem satisfactioñes
sit ad lucrum, & quæstum corum, qui eas iniungunt
reteruntur tantum; nec rectum salutaremque finem re-
spicunt, neque ad eam rationem, quam singulis pecca-
tis curandis sancti dessinierunt ac prescripserunt patres:
tum & nos tales satisfactioñes rejicimus; maleque &
frustra eas adhiberi putamus, planeq; cum illis pugna-
mus. Neque tamen quicquam absoluimus, nisi primo
iustas poenas & castigationes, illi pro peccatis admisis-
tinungamus: idque plurimas ob causas.

Primum, vt per sponte & voluntate suscepitas affli-
ctiones, ab eis pœnis, que illis ipsi iniuitis aliquando
suebundæ essent, liberentur. Nulla enim res est, que De-
um magis nobis placatum & propicium reddat, quam
sponte & liberè suscepta disciplina, atq; correctio. Vnde & Gregorius dicit: *Lachrymarum, misericordiam
& pietatem mercedem eſe.*

Deinde, vt hæc ipsa voluntate suscepta afflictio, fon-
tem & radicem omnis mali, ardenter scilicet volunta-
tis cupiditatē, ex carne nostra euellat, ac planè extir-
pet.

pet. Contra ijs enim morbis, contraria remedia adhibenda esse nouimus.

Tertiò, vt ipsa correctio, sit velut frænum, & retinaculum quoddam, & quasi animè compes, ne iterum in eadem, vel deteriora prolabatur mala.

Quartò, vt labori & duriori vite, per hæc exercitia assuefcamus. Laboriosa enim res est virtus, & ideo studio, & multo laboris exercitio, opus est,

Vltimò, quo nobis & alijs omnibus persuadeamus, nos peccatum, verè, & ex animo odissē. Hæc tamen omnia tūm prætermittimus, vbi debitū mortis, animè exitum vrget, summum, & primum remissionis peccatorum statuentes, verum, & constans, penitentis non relabendi in peccatum propositum, ab eoq[ue] auersiōnem perfecētam. Remittimus autem, potestate eius, qui dixit: *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, etc.* Vbi simul & pœnam illis benignè à clementissimo parente condonari pie credimus. Cuius rei, tanquam pinus quoddam, & certam Attram; sacræ & diuinæ Eucharistiæ donum eis tribuimus. Et pænitere quidem verè, & ex animo, in voluntate situm est peccatoris: implere autem, vel non implere, impositam satisfaciōnem, in ipso Dei situm est iudicio. Et ideo nonnunquā Regia planè sola sua immensa humanitate, & munificencia, remissionem nobis confert peccatorum. Quod quidem latroni illi in cruce pendenti, ac lollam sui memoriā in paradiſo fieri, petenti, configit se legimus. Si tamen amplius pascat quis efflentes, poterit sientes, ac reliqua misericordia opera, que aliquando ipse iudex in medium proferet, & que sacram explicat Euangeliū exerceverit, hic non folum remissionē consequitur peccatorum, sed etiam ab omni pena liberabitur. Ex omnibus enim virtutibus, maximè necessaria est Eleemosyna. Qui enim vel docuerit saltem, (docent sancti Patres,)

tres,) alterum proximi misereri, hic ipse centuplum ex ea sua præstanti cohortatione, & doctrina, in ipsi, quos docet, in egentes largè conferentibus, referre fructum; paremque fere cum illis qui conferunt, ipse recipiet mercedem. Nam vel sermones & cogitationes omnes nostras, ad utilitatem proximi referre dignum est. Ut enim obsonium sine sale, ita sermo sine veritate: & vt opera sine fide, principium & inchoatio sunt, absque fine, sic virtus sine eleemosyna mortua est. Ut enim nullum animal, vno solo pede graditur: neque vlla auis, vna sola penna volat: neque vlla nauis, vno tantum laterē, aut transpro nauigat: neque vlla domus, vno solo pariete clauditur, ita neque ex his, qui ad certam salutem vocati sunt, saluari quisquam poterit, qui eleemosynam cum reliquis virtutibus quas exercet, non coniungere. Ipsa enim sola prætermissa, damnat sua absentia; impensa autem, saluat, sua ad alias virtutes adiectionē. Ut enim, si quis Deum amicum habet, facile & ceteros omnes sanctos amicos sibi comparare poterit, sic omnis ille, qui in eleemosynis erogandis munificus est, facile alias item virtutes propter eius necessarium, cum illis nexus & coherentiam, acquirere: quanquam non contraria. Neque verò quipiam hoc loco in excusationem adferat eos, qui in montibus atque speluncis viventes perfecti sunt, tanquam sine omni eleemosyna Deo placeant: si quidem & isti omnibus rebus inter pauperes distributis primum, sic demum illos, qui in vita superfluit, in medijs tumultibus reliquerūt. Age verò, vel ex ipso communī sensu atque ratione, utilitatem facilitatemque, eleemosynę, professionumque abdicationis, quæstum denique ipsum, perpendamus. Dic enim mihi, si cui mensario mille auri libras deberes, nec soluendo eses, hic autem miseritus tui, cam tibi proponat conditionem, si hoc solum quod reliquum domi tuę haberes,

haberes, illi dederis, cetera se tibi statim benigne condonaturum : tu autem in deposito tuo , folos ut ita dicam , tres teruncios habebas ; an non & hos illi cum omni alacritate præferres ? Si item in hostili terra captiuus essem, si que tibi ferro & compedibus vndique vineto , perpetua seruendi in ultima miseria necessitas inumberet , ac deinde post proclamaretur , te liberum futurum , si modo ea , que tibi superfluerunt , egenitibus distribuas ; an non illa etiam , que tibi essem multum necessaria , libenter impenderes ? Adhac , si venalis haec mundi habitabilis pars esset , tantoque precio aestimaretur , quanti constant omnia tua bona ; num non vniuersa tua libenter conuafares ? modo huius habitabilis terre dominus officiaris , extremodoque damno iudicares te affectum , si forte ab eo mercatu , tantoque lucro excederes . Iam vero , si quis tibi decrepita iam atate , in ultima paupertate morituro , subito , absque omni tuo labore , iuuenem te facturum optimè sanum , immortalē etiam , ac ditissimum polliceretur , si vnam solam aliquam ex tuis possessionibus , conseruis tuis largiaris ; an non illud totum statim , in illos largissime profunderes ? Si autem omnium hominum pauperissimus es , Rexque aliquis Regem te paullōpoſt immortalem facturum polliceretur , si vnum solum præceptum eius diligenter seruaueris ; an non omni studio in eam rem incumberes , ut illud præceptum omni ex parte , nulla in re diminutum conserues ? Si quis igit̄ ex mundi huius principiis , sexcenta in tuum ysum sua conferret bona ; vnum autem solum ex his bonis , que tibi contulerit , a te forte iterum repeatat , idque non sua , sed tua causa , ob tuique amoris erga se probationem ; nonne quod petit , statim libens restituere ? Quid si pro tuis plurimi excelsibus , iudex quipiam , præsentem mortis turpissime , atque extreme infamie sententiam , hodie in te

fit latus ; post autem centesimam partem bonorum tuorum , Senatus , atque populo , ad redemptionem vite , & honoris tui , te conférre iubeat : an non libenter vel dimidia parte bonorum tuorum te priuares , ac redimeres ? Age , si quis in uno oculi momento , tibi omnem beatorum quietem demonstret : omnes item pœnas eorum qui damnati sunt , & ab his quidem liberationem , illorum autem vitam & fructuonem , tibi pollicetur ; petat autem eo nomine à te , nescio quid exiguum : num non omnia tua libenter illi dares ? Atqui haec omnia , sine omni controuerfia , solam nobis posse præstare eleemosynam , ne mireris : qui enim amat pauperes , & miseretur corum caufa Dei ; hic , & omnium debitorum suorum remissionem consequetur , & à dura diaboli seruitute liberabitur : & vniuersum quasi peregrinatio precio sibi comparabit mundum : & planè renouabitur iuuentus eius , immortalisque permanebit . Obtinet item regnum cœlestē : & tanquam seruus bonus , & fidelis , omnia bona domini sui hereditabit : illaque perbeat invitatione , *Venite benedicti Patri mei , p[ro]f[ecti] Math:23. fidete regnum vobis paratum ab origine mundi* , dignè reuera databitur : ab omnique liberatus pœna , omnium bonorum sempiterna fructione potietur . Quare mea quidem sententia , non committendū est nobis , ut præfens haec vita de manibus nostris elaboratur : sed quam diu superstites sumus , quotidie de mensa nostra , de panibus nostris , de omni accessione rerum nostrarum , de vestimentis , & redditibus nostris , aliquid indigentibus impartiendum est . Qui enim miseretur pauperum , hic Proverb: 19. fecneratur domino ; quin imò magis omni ex parte thesaurifat , atque contulit in horreum cœlestē . Thesauros colligis corporis ? colige & anime : prouide non solum alijs , sed etiam tibi : habe rationem non tantum præsentis temporis , sed etiam futuri . Ideo bos agricola , diutius

Math. 25.

Math. 7.

Math. 25.

Math. 8.

diutius à nobis fouetur; quod non sibi tantum; sed & nobis labore: porcus statim maestatur; quod sibi tantum; ventri suo seruat: Apis vtilis & fructuosa; quia aliorum mellificat caufa: Scarabæus inutilis; quia se ipsum laute curat. *Quin* in hoc potius Dei gratiam recognoscas; illaque immortales gratias agas; quod te dare potius; quam ab alijs petere dignatus est: quod locupletem, & fixas sedes habentem potius; quam vagum, & mendicium: liberum & gaudentem; quam seruum, & marentem: fanum; ac alijs mutuantem; quam ægrum & debitorem; benigna sua misericordia esse voluerit. Cogita quanti te redimere iustum eset; ne tristissimam simul, & iustissimam sententiam iudicis audias: *Dicende à me serue nequam, & ignave.* Et illam: *Aufeite ab illo talentum.* Et illam: *Vincis pedibus eius, & manibus.* Et illam: *Dicende à me omnes, qui opermini iniuriam; non nō vos.* Quanta item pecunia illud comparet libenter quis; vt illam vocem audiat? *Venite benedicti Patris mei.* Et illam: *Serue bone & fidelis; super pauca fuijti fidelis; supra multa te constitua;* intra in gaudium Domini tui. *Recumbe cum Abraham, Isaac & Iacob in regno calorum.* Hæc igitur & talia re-èt apud se quaque reputans; propter liberalem & munificam largitatem; in hac quidem vita exaltabitur: in futura autem; aeternam gloriam & salutem à Deo immortali consequetur. Eleemosynam autem illam esse exultimamus; non si viuis tantum aut semel miserearis; sed omnium; sed semper; sed omni modo. Et huius quidem tanquam cognati; illius vero tanquam amici; alterius vt vicini; alterius veluti tibi ante cogniti: huius autem vt hominis solum; vel hoc enim; hominem esse; magnam misericordię vim habet. Et alium quidem sola propensione animi; alium benignis & humanis moribus; allumoratione; alium te ipsa; iuves; atque exhibe-

que exhibares. Et hunc quidem cibo reficias; illum potu: hunc vestias; alium domo excipias; humanitatē alium; honore alium præueni; alijſque modis omnibus; quibus poteris; singulis; cum quibus viuis; bene facere non delinas: Ducem in omnes liberalitatis & munificentię partes Iesum Christum imitatus; qui; quem tandem modum te beneficijs afficiendi prætermisit? Aut quid facere tui caufa potuit; quod non feceris munificientissimè? vt sic & regno eius cœlesti dignus efficacis. Sic igitur quis in eleemosynę distributione gerens: de omnibusque benemerendi; eleemosynam occasionem accipiens; ac tanquam medicinā & regulam sanctorum peccati vulnerum; adhibens spiritualiter; Deoque dignè; non autem questus & utilitatis caufa; facile suorum lapsuum remissionem consequetur; ac yetam eorum curationem reperiet. Non solum autem piceatis studia; ac reliqua Deo chara opera viuos iupiant; sed & illis; qui in peccatorum suorum confessio-: ex hac vita excesserunt; plurimum utilitatis adferunt. Quamvis enim magna sit diuina severitas; longè tamen maior est eius pietas: & horrende quidem sunt commi-: nations; imperuestigabilis tamen eius humanitas: ple-: na trepidationis contra fontes decreta; ineffabile tamen misericordie pelagus. Vnde diuinę scientię Princeps Dionysius Arcopagita docet: *Preces, inquit, nostræ, su-: premi numinis misericordia & benignitate opus habet;* vt Deus misericors; quicquid per humanam fragilitatem pec-: catum est; illi qui mortuus est; condonare velit: *ipsumq;* collocet in luce & regione viventium; *in finu Abrahæ,* Isaac & Iacob: non animaduertente; neque imputante bonitate diuina humanitatis; eas; que illis ex humana infirmitate adhaerent maculas: *Quandoquidem nemo; vt* sacra testatur scriptura; mundus est à foribus. Sed & Gregorius in Epitaphio Cæsarij fratris; viuorum pia opera

opera mortuis prodeſſe, eodem modo docet: *Auditum* est, inquit memorabile præconium: ac lucius matrix, ob præclarum, sanctumq; promissum, exhaustum; quo omnes filii facultates, eius nomine, in pauperes & funerale mutuus daturum se recepit; ita, ut ijs nihil sit relictum, qui eiunodi bona spe, atque expeditatione, deuonauerant. Et paullò superius. Atque haec à nobis, & alia quidem perſoluimus, alia verò, perfoluntiſi sumus: anniuerſarios honores & commemorationes offerentes: hoc autem est, inſta, que pro illis, qui ex vita exceſerunt, à viuis ſuſcipi ac obiri ſolem. Sed & D. Chryſtoſtomus ad Philippienes ſcribens inquit: Gentiles quidem ſimul, ea que mortuorum ſunt, vna cum illis exurunt; quantò magis te fidelem & Christianum decet, ſimul cum mortuo, ea, que eius fuerant, per manus pauperum in caelum tranſmittere: non ut haec ſimul cum corporibus illorum, in cernes redigantur; fed ut magis illorum augeatur præmium & gloria: ut, si peccator fuīt, hac ratione peccata eius expientur: si autem iuſtus, ut augmentum quoddam fiat præmij, atque mercedis. Et alio loco. Cogitemus ea, quibus eos, qui ex hac vita deceidunt, iuuemus: ferimus illis conuenientem opem; eleemosynam dieo, atque facius oblationes. Hec enim illos multum iuuant, multum reficiunt. Qui autem hec facit, non ſolū illis prodeſſe, ſed etiam juve plurimū commodat anima: Et item. Ne inquit, negligas, quamdiu in hac vita es ſuperflueſſe, ea omnia, que ad animam tuam ſpelcant, recte diſponeſſe, vel in ipſo fine vite tue. Manda tuis, poſt mortem tuam, transmittere tua poſt te, opem tibi boni operibus ferre, eleemosynis, inquam, atque ſacrificiis: His enim redemptorem tuum placare, tibiq; recompicare poteris. Accepta ſiquidem haec illi ſunt, & gratia. Scribe in testamento, ultimā rerum tuarum legatione, cum filiis & cognatis tuis Christianum heredem: continueat eadem pagina, indicis tui nomen,

nomen, que liberorum. Neque item obliuieſcaris pauperum, pro quibus ego apud te pponſor, & certis ſum promiſſor. Neque tamen cum haec dicimus, illud ſpectamus; vt aliquam vel occaſionem, vel excuſationem, atque prætextum demus cuiquam, cum in hac vita eſt, eleemosynis Deum non placandi, hoc enim abſurdum eſt: verū & viuos & moriūtos egentium recordari, eorumque rationem habere, vti dictum eſt, pium & ſalutare ducimus; preceq; iuſtorum multum efficaces eſſe docemus. Nam & Gregorius magnus Pontifex Romanus, cui ad altare Dei ministranti cœlitus diuinum aſtitit angelum legimus, sanctis ſuis precibus, Traiani Imperatoris animam ſeruante dicitur. Et fanēta Tecla prima martyr, ſuam Phalconelam, aliaque multa hiſ ſimilia, in facris Ecclesiasticis historijs, facile quīquique reperiet. Quibus de rebus, qui plura cognoscere velit, leger librum D. Damasceni, de his qui in Christi fide dormierunt; indeq; facile difſet opera pietatis, ac ſacras Liturgias, que pro mortuis iuuentur, magnam vim habere, illiſque plurimum prodeſſe.

ANNOTATIONES.

Auditum eſt inquit, etc. Scribit pro bis bonis, ab aula & auarofico, iam quaſi dirreptis, ad Sopbronium præfictum Gregorius; vbi his laudibus ornat hunc eundem fratrem ſuum. Erat quondam non obſcuri nominis tuus quoque Cæſarius, immo, niſi me fraternus amor fallit, perquam ampli & ſplendidi: eruditio- nis laude illuftris: singulari morum probitate cōmen- dabilis: amicorum etiam copia clarus; quo- rum primum te, tuanique nobilitatem elle, tum ipſe credebat, tum no- bis perſuadebat.



D E S A C R A L I T V R G I A , H O C E S T ,
D E I N C R E V E N T O Q U O D I N M I S S A F I X
S A C R I F I C I O : C V I V S O P Y S , F I N I S , V N I -
U E R F A Q U E c o n o m i a , p l e n i s i m e e x p l i c a n t u r .

Caput XIII.

ERTHO DECIMO LOCO docetis, vsum diuinorum mysteriorum, non solum eò comparatum esse, vt sint Symbola quædam & characteres, atq. note, quibus populus Christianus, ab his, qui foris sunt, distinguatur; sed multò etiam magis, vt signa sunt & testimonia amoris & benevolentie erga nos diuinę. Nos verò eam totam rem sic explicamus, hocq. nostrum est in ea parte iudicium. Dominum nostrum Iesum Christum vniuersa salutis nostrę in hoc mundo economia completa, priusquam ad patrem suum, ynde venerat reuerteretur; in memoriam & commendationem suę magnificę erga nos misericordię, eiusque, quam nostri causa suscepérat, humilitatis, sacram Hierurgiam, & quę in ea continentur sacra mysteria nobis reliquissē: primumque, ut dicitur, sacram Hierarcham D. Iacobum, qui frater Domini vocabatur ordinasse. Si igitur, inquit, magnus ille in diuinis Dionysius, ipsorum sanctorum precēs, vel in hac etiam vita, an non (id est multo magis) post mortem in fidelibus iuuandis efficaces sunt, quanto longè maiorem ipsa sacra mysteria, sacraque sacrificia nobis adferunt utilitatem. Quanta enim ex omni sacrificio, quod Deo pię & purę offertur promanet utilitas; quantumq. tremenda hæc arcana, atque sacrificia, ad placandum Deum peccatis nostris offenditum valeant; Deus ipse, pri-

mus an-

Caput XIII.

95.

mus ante omnes, iam ab ipso mundi initio, multis modis, diuinæque operationis suę argumentis demonstrauit. Iustus siquidem ille Noe, post vniuersale illud diluvium, vt in postremum omne tempus infirmitati, & fragilitati humane, iratum reconciliaret, ac placatum rediceret Deum, (vt pulchre magnus cam rem explicat Cyrilus) vbi primum de arca egreditus est; sacrificium ob tulit Deo: maiestatē illius precatus; ne iterum vna sententia, in totum faciat humanum genus, qua denuò extituli diluuiu vniuersi absorberentur mortales. Cuius voto placatus, & annuens benignissimus Deus, respondit: *Nequaquam ultra maledicam terrę, propter opes hominum.* Senbus enim, & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Si igitur sacrificium Noë, nihil aliud, quam vmboram, & figuram quan dam, in se continens, tantum momenti ad placandum vnuerso generi humano Deum habuit; quanto magis ynigenitus Dei filius, pro nobis sacrificium & oblationem offerens, reconciliabit nos aeterno suo parenti, tum, cum integra & plena spe, ac fiducia, ad eius sacra accedi mus mysteria? Nā eos, qui sine fide hec sacra tractant, indeq. vel remissionem peccatorum, vel salutarem aliquam utilitatem referre se posse, arbitrantur; multum errare vel ipsi putamus: cum quicquid ex fide non est, peccatum sit. Illos verò, qui ita affecti sunt, vt ipsum quidem opus, & effectum, sacre sanctorum mysteriorum celebrationis esse putent, donorum scilicet in diuinum corpus & sanguinem mutationem: finem autem, eorum, qui recte & firmiter credunt, per ea sanctificationem, ac peccatorum remissionem, regnique celestis acquisitionem haereditariam, hisque similia, credunt; hos quidem beatos & felices esse prædicamus. Ut autem res ipsa, & opus, finisque tanti mysterij, hic, & talis est; ita reliqua omnia, quę sunt, in eadem sacra Hierurgia,

Hierurgia, præparationem & consummationem quædam tanti opereis esse putamus: vt potè preces, psalmi dias, sacrarum literarum lectionem, & omnia illa, quæ vel ante donorum sanctificationem, & post sanctificationem, sacrosancte dicuntur, & fiunt. Quamuis enim omnia ea, quæ sancta, & salutaria sunt; gratis, & sponte sua nobis conferat benignissimus Deus: nihilque nos ipsi ad eam rem planè de nostro conferamus: cäque omnia, quæ in his mysterijs accipimus, mera sint Dei dona, & gratia: vt tamen ad ea recipienda & conservanda, apti & idonei sumus; à nobis necessariò postulat: neque alio modo, nobis eam sanctificationem impartiit; nisi prius sanctè & ritè ad ea recipienda nos disponuerimus. Ita ille baptifat, ita vngit, ita contuuiu exercit, factaque mens particeps facit. Hoc autem significauit in parabolâ seminis: Exiuit, inquit, qui seminat semen bonum, non vt terram aret, aut agrum vertat; sed vt aratam, & subiectam conseruat. Tota enīma a ratio, & subiectio; totus ad recipiendum diuine gratiæ semen apparatus, in nobis positus est, à nobisque proficiisci debet. Cum igitur maxime necessarium fuit, ad percipienda hæc mysteria, recte instructos & præparatos nos accedere; & oportebat certè talem item apparatus & accessum, in tota diuini sacrificij economia, atque structura, inesse: vt quidem & inest. Hocque illud est, quod sibi volunt, & quod refertur hæc ipse tam multiplies & varie ceremonie, sacerè inquam preces, psalmi; & quicquid aliud in hoc mysterio facto sancte fit, aut dicitur. Sanctificant enim nos haec omnia, atque disponunt: partim quidem, vt hæc cœlestia dona rectè percipiamus, partim, vt eam sanctificationem, quæ hæc consequitur, conseruemus, perpetuoque apud nos retineamus. Dupliciter autem hæc omnia nos sanctificant, atque disponunt. Vno quidem modo, quo

do, quo ab ipsis precibus iuuamur, & psalmis & lectiōibus: nam & orationis fructus est, menem ad Deum alleuare, remissionemque peccatorum impetrare. Et sacra psalmodia similiter, Deum nobis reddit propicium; & quod illinc dependet, momentum siue auxilium attrahit: *Imola, inguit, Deo, sacrificium laudis; eripiā te, & glorificabis me.* Sacré vero scripturæ lectio, diuinam annunciat bonitatem, humanitatemque; iustum deinde & æquum eius iudicium, & eius metum in animos nostros immitit, & dilectionem in eum accedit; & ita ad eius seruanda mandata, multam promptitudinem, & animi alacritatem adfert. His autem omnibus, & Sacerdotis & populi, dici non potest, quantum pulchrior, quanto diuinior efficitur animus; & ad susceptionem, & ad conseruationem tantorum donorum, multo aptior, in virtutisque redditur: qui quidem est proprius sacri sacrificij finis. Priuatum autem & peculiariter Sacerdotem, vt non indignè ad sacrificium peragendum accedat, præparant: quod quidem, vt dictum est, mysterij celebrandi proprium est opus. Et proinde hoc ipsum in multis precum locis situm est, hocque ipse Sacerdos precatur, ne indignus videatur, propositis donis; sed vt puris, mundisque manibus, lingua, & animo, tanto mysterio deseruit. Et hic quidem primus modus est, per quem ad ea peragenda mysteria, qui ex ipsa vi, & efficientia corum verborum, quæ dicuntur, vel canuntur proficiuntur, adiuuamur. Alius autem modus est, quo, & per hæc ipsa, & præterea per omnia alia, quæ in sacro perciuntur sacrificio, sanctificantur. Qua parte, scilicet his omnibus, videmus Christum figuratum, cäque omnia, quæ ille nostra causa sponte, vel geslit, vel pertulit. Singulis enim sacre Hierurgie partibus, siue sacris lectionibus, siue psalmodijs, siue omnibus alijs, quæ toto tempore sacrificij ad-

HABIT: 24.
VIT: 6.

ministrantur , nihil aliud sit ; quām vniuersa saluatoris nostri, redemptionis nostrę cauſa, ſucepta œconomia, repræfentatur : ita, vt quę in tota ea ſalutis nostrę admi- nistratione prima fuerunt ; primis item ſacrę operatio- nis partibus deſignentur : quę verò ſecundo loco facta ſunt ; per ea, quę item ſecundo loco repræfentantur : vi- tima verò illis, quę poftremo loco exercentur ; ita vt illis omnibus , qui hac diligenterū examinare vellent, liceat omnes ſalutis ſuę partes , in tota ſacra Hierurgia, tanquam oculis ſubiectas intueri. Ipsiā enim ſacrorum donorum confeſratio, ipſum ſacrificium ; mortem Do- mini annunçiat : eius item præpotentem à mortuis re- ſurreetionem , ac in cœlos glorioſam ascensionem : quoniam præciosa hac dona, in ipſum dominicum cor- pus, & ſanguinem, mutantur ; quid hæc omnia fuſe- pit ; quod crucifixum eft, reſurrexit, & ad cœlos ascen- dit. Ea autem quę ante ſacrificium dicuntur, & fiunt ; deſignant illa omnia, quę ante mortem fuerunt : aduen- tum ſcilicet in carnem eius, oſtenſionem, & perfectam maniſtationem. Ea verò quę conſecta confeſratio- ne, & oblatione peraguntur ; fanctæ & vera patris ater- ni, vt ipſe inquit Dominus, promiſa, repræfentant. Spi- ritus, inquam , fancti in Apostolos defencenum & genitum ad Deum Apoftolica prædicatione conuerſionē, & communionem : ita vt nihil aliud sit vniuersa ſacra My- ſtagogia, niſi vna quædam perfecta imago , vnius quaſi corporis poltie , ac omnium rerum geſtarum Christi ſaluatoris nostri : omnesque eius partes, ab initio vſque ad finem, mirabiliter ad inuicem contextu, & ordine , o- culis , & aſpectibus humanis, ſubiecti. Illi ſiquidem Pſalmi , qui quaſi in vſtibulo , atque ingressu mysterij canuntur : & ante hos, ea, quę in donorum propositio- ne fiunt , & dicuntur , prima tempora œconomie ſigni- fican. Ea verò, quę poft conſequuntur , ſacrę ſcilicet ſcripture

ſcripturę lectione, ea cauſa recitantur ; vt per hæc, &c ad ſtudium, cultumque virtutis prouocemur , atque inu- gamur : & vt Deum nobis propiciū reddamus : vtq; ea, quę Chrifti œconomiam ſignificant audiamus. Et partim quidem hymnis hæc ipſa Deum personant, & ad virtutem nos cohortantur, eoque qui canunt, fanctificant : partim autem, talia ab Eccleſia ita electa & di- ſpoſita ſunt, vt ſufficiant ad ſignificantam Chrifti pere- grinationem & poliſiam. Fiunt igitur ea omnia, quę in ſacra Liturgia petaguntur, vt quidem ipſa forma, & figura ordinis, & totius ſacrę Hierurgię declarat, atque continent, iuſtitui vſus gratia. Significant autem etiam aliquid ex operibus vel actionibus, vel paſſionibus Chriſti ; quemadmodum prima introductio Euangelij ad altare ; oblatio item preciosorum donorum. Fit enim verūmque primum, vſus ipſius, & necelitatis cauſa. Nam & Euangeliū, ideo primum adferunt ; vt lega- tur : dona deinde ; vt ſacrificium exacte perficiatur : v- trumque tamen, ſignificat feruatoris oſtenſionem atque apparitionem : primum quidem illud, incipientis mani- feſtari obſcuram, & imperfēctam : hoc verò poftremū vltimam illam & perfectissimam. Vt autem hæc, quę dicta ſunt, principium & medium, ſalutis nostrę decla- rant ; ita finem & conſummationem operis vniuersi, illa omnia, quę in ipſa donorum oblatione perficiuntur, deſignant. Vt quidem primum ex omnibus D. Iacobus, ille , qui frater domini dicebatur , ab ipſo Chriftō Do- mino inſtructus nobis, tradidit : vt quidem & plurimi fanctorum Patrum Canones teſtantur : & Eccleſiaſtice hitorię docent : & veritas ipſa , vſisque apud nos per- petuus, conſirmat. Poft verò magnus Basilius eodem modo, quod & ipſa forma eius Liturgię, quam nobis perfcripsit, doceat ; & diuinę preces, quas item nobis tra- didit, abunde repræfentant. Sed & Chryſtoſtomus : In

hanc seruatoris œconomiam omnia docet referri: vt nobis ipsorum contemplatio ante oculos posita, animas quoque sanctificet, & ita ad capienda sacra dona, reddat idoneas. Et quemadmodum tum, cum semel in aria crucis, ea ipsa hostia, oblata est, orbem erexit uniussernum, sic & nunc considerata, mentes nostras efficit diuinias. Quanquam quod magis est, ne tum quidem, cum in cruce pendebat, aliquid utilitatis artulisset; nisi considerata, & credita fuisset: cuius item causa, & predicata est, & vt crederetur, ipse Deus, innumerabilia machinatus est. Neque enim alia ratione posset, quod suum est facere, aut aliquem seruare; si eos, quos curare & seruare debuit, quod fuerit, latuisset. Sed tum quidem, cum nostræ salutis causa suscepta fuit, Apostolica prædicatione publicata, reuerentiam erga Christum, fidem, & dilectionem, in animis gratorum hominum efficiebat: nunc autem ab his, qui iam credierunt, in his ipsis diuinis mysterijs studiosè conspecta; beatas has affectiones, non quidem denuò inserit, verum iam inseritas, conseruat, & renouat, & auger: & in fide quidem firmiores, in pietate autem & charitate, ardenteres, & feruentiores nos facit. Nam si ea, que in nobis non fuerint, vt sint, effecit, hæc eadem multo facilius, seruare, custodire, atque renouare poterit. Quibus autem virtutibus ornatum, ad ea sacra mysteria accedere sit necesse: & sine quibus ea apicere sit impium ac nefarium, illa sunt, religio, fides, ardentisque in Deum charitas. Eamque ob eaullam oportebat contemplationem, que nobis posset hæc inserire, in sacrificij constitutione significari: vt non mente solum, sed etiam quodammodo oculis ipsis videremus: summe, inquam, diuitis Christi paupertatem; eius, qui sua maiestate compleat omnia, in aliena terra hospitia & peregrinationes: eius, qui est benedictus; contumelias, & oppro-

opprobria, impassibilis passionem: & quantum ipse odio habitus: quantum nos dixerit: tantumque cum esset, quantum seipsum humiliauerit: & quid passus, quidue agens, hanc tantam præstantem, & admirandam in conspectu nostro præparauerit mensam: vt ita salutis nouitatem admirantes, multititudineque misericordiarum eius, stupore perculsi, reuerentiam cum, qui sic nostri misertus est, qui tantam nobis attulit salutem: illi nos, animasque nostras credamus: illi vitam nostram commendemus: igne item ardentis dilectionis, corda nostra erga illum accendamus. Vbi enim tales fuerimus; tum demum poterimus, & securè, & familiariter, in tantorum mysteriorum igne versari. Neque enim sufficit ad hoc, vt tunc tales simus, ea, que Christi sunt aliquando didicisse, & ea scire; sed necesse est etiam tunc mentis oculos illic figere, & ea actu contemplari, omnimodo alia cogitatione tali tempore ex animo reiecta: si modo velimus, ad eam sanctificationem, que ex his donis prouenit, ut iam diximus, animum nostrum aptum, & accommodatum, reddere. Non enim ipsis foliis verbis oportet veram pietatem metiri; sed magis rebus, & operibus ipsis. Sub aspectum enim, vt ita dicam, hoc ipsum sacrificium, omnia deducit, ipsamque contemplationem, animis nostris infert: vt sic euidentius nobis per oculos impressa imaginatio, penitus non det locum obliuioni eius menœ; sive pleni diuinis cogitationibus, participes efficiamur facrorum mysteriorum, sanctificationem sanctificationi addentes, & à gloria in gloriam subleuati. Et hic quidem est sensus, hæc mens, quasi in compendio oculis nostris subiecta, totius Christiani sacrificij. Habent tamen deinceps singule partes, peculiares suas contemplationes, & rationes: vt ipsarum precum harmonia: ipsum opus sacrum: ipsa viuorum & mortuorum sanctificatio. Ante autem o-

omnia per totam mysterij celebrationem, appareat salvatoris nostri suscepimus carnis & economia. Cur enim non statim in altari proponuntur sacra? Quia offerabantur quidem Deo sacrificia ab antiquis; partim ratione carentium animalium cedes, partim vasa aurea, & argentea: corpus autem Christi, etiam utraque habere videtur. Nam & ipsum, in honorem, & gloriam Dei Patris, maestatum est; dedicatum autem ab initio Deo. Et donum erat ipsi; quia primogenitus. Dona enim haec Deo offeruntur, tanquam primitiæ vite: & quod mutatur panis in ipsum corpus Christi; unde & absconditur & separatur, ab his, quæ sunt eiusdem generis: & secundum quædam tantum, & non totus offertur panis: (Passionemq. & mortem Domini in eo imprimet.) Et quamdiu quidem panis hic in propositione situs est; panis solum purus & simplex est, ad ministerium Dei tantum dicatus. Post vero panis ille verus, qui de celo descendit efficitur; verbiisque ipsa veritate, verè & re aliter immutatur. Et hac quidem, in eum sensum recuperatæ salutis nostræ accepta, talia sunt. Si vero rationabiliter, atque ad mores & vitam relate, hac referre atque interpretari voluerimus; mille linguis opus esset: neque tamen rem totam pro sua dignitate explicare care possemus. Iussit enim ipse Dominus, ut hac in memoriâ eius peragantur, ne ingrati & immemores simus. Illa enim est, vel in humanis prima, & summa beneficij, ab eo, qui illud accipit, benefactorj, recompensatio; si illius sit memor, carumque rerum, per quas beneficio affectus est. Huius autem conseruandæ memoriae, homines multas rationes ex cogitarunt; sepulchra, inquam, statuas, columnas, dies festos & celebres, publica demù certamina. Quarum rerum omniū finis est unus; ne praestantes viri, corumq. erga nos merita, vilia vetustate, que rerum omnium edax est, consumenerentur. Ut

tur. Ut autem in illis statuis, quas præstantibus viris, pro rebus præclaris gestis erigimus victorias, quarum beneficio seruati sumus, vel inscribere, vel depingere solemus; ita in his ipsis diuinis nobis traditis, & relictis donis; mortem illam sacram, cuius beneficio seruati sumus, in cuius virtute omnes inimicos nostros deieccimus, effingimus, planeque imprimimus. Neque vero rudem aliquam, & mortuam formam, & imaginem in eis inscriptam habemus, quod in ceteris titi; sed illud ipsum vitrum corpus, & sanguinem, victoris & seruatoris nostri Iesu Christi, sacris ad DEum precibus, gratiarum item actionibus, iubilationibus, confessionibus, postulationibus confectum atq. consecratum. Petimus autem ab illo primum pacem, & salutem, animabus nostris. Magna enim uirtus est diuina pacis: vel potius; magna huius uirtutis in omnes partes necessitas. Cuius enim animus multis perturbationibus, tanquam fluctibus iactatur, atque fluctuat; illum possibile non est, quietè cum Deo coniungi, ac conuenire posse. Quemadmodum enim pax, multa, vnum quodammodo reddit; ita perturbatio, vnum, multa efficit. Non pacem autem in hoc loco tantum petimus; sed etiam salutem animabus nostris: sic enim ipse Christus præcepit; primum querere regnum Dei, ut sic omnia adjiciantur nobis. Regnum autem Dei nihil aliud est; quam certa quædam salus animarum nostrarum. Sed ut Christi ipsius veri capit is; ita & Ecclesiæ corporis eius, in his mysterijs forma quædam, & representatio conspicitur; non tanquam in signis tantum, sed tanquam in corde membra, & in arboris radice ramus: et *Ioan: 15.* sicut dicit Dominus; tanquam in vite palmitæ infunt. Non enim est hic solum nominis communio, vel analogie similitudo est; sed res eadem. Et enim corporis Christi & sanguinis mysteria, quæ participantur, in humanum corpus non

sareq Archiepiscopos, cuius gloria omnem ternirtum orbem peruasit; mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita tradendum in sacro mysterio, ex aqua & vino sacram poculum ediderunt, ut quidem in sacra penititur Liturgia. Inueniuntur tamen & significaciones quedam, per monumenta Ecclesiastica ipsarum, & ipsum D. Marcum Evangelistam, suę item Ecclesię, sacrę & mysticę oblationis hierurgicas, ceremonias similiter, compofuisse. Siue autem eam ob cauſam, quod vtriusque Apostoli volumina fuerint depravata: (quemadmodum posterioribus temporibus, ipsius Clementis constitutiones, itidem,) siue ob prolixiorē rerum sacrarum expositiōnem, medica quadam ratione, à sancto patre nostro magno Basilio breuius, & concisius ordinata sunt: deinde ab ipso D. Chrysostomo, certò non conſat. Hoc vnum certò scimus, quod à maioribus nostris, duo Tomi nobis relicti leguntur, haētenuisque exstant, ex quibus sacram celebramus Liturgiam; ipsius inquam magni Baſili, atque sancti Patris nostri Ioannis Chrysostomi, Vno Spiritu sancto, vterque conscriptus, vniuersaque, & eiusdem traditionis: prater id, quod sancti Basili superat, & plenior est verbis: diuīs autem Chrysostomus, compendiosius, & concisius loquitur. Ex his igitur sacris libris, ad hanc vsque diem mysticum offerimus sacrificium: ita, vt magna quidem quadrageſime, sacri Paschatis, Dominicis diebus, & quibusdam alijs, magni Basili Liturgiam legamus; atque ex illa sacrum oblationis mysterium perficimus: in alijs autem diebus, Diuum sequamur Chrysostomum. Cūm igitur hæc, que apud nos est Dei Ecclesia, princeps sit aliarum Ecclesiarum; in omniq; cognitione, & gratia Dei familiam ducat, ac incontaminata quadam sinceritate, glorietur splendore Apostolicarum & Patriarum traditionum, ac non ita pridem primas partes orthodoxę veritatis retulerit, ac

lerit, ac in caput sit constituta; æquum est vniuersam Christianorum rempub. atque Ecclesiam, sic, & non alio modo, diuina mysteria, sacramenta Liturgiam, sancte celebrare, vt & ipsa celebrat. Quod si necessitas aliquo in loco postulet, vt vetusta consuetudine Liturgia peragatur: nimis, vel secundum D. Iacobi institutum, vel D. Marci forteſſe his, que pietatis & compendij sunt conseruati: in laudem Dei præpotentis, libera ab omni rerum mundi huius impedimentis, consideratione & discretione adhibita; sacra nobis peragen da est Liturgia. Ita vt primò & principaliter sanctificatio, ex ea diuinorum donorum communione, consequamur: vñ in ipsam substantiam animę nostrę, per ipsum corpus nostrum tranſeat. Hoc enim significans B. Paulus ait: *Qui adhaerent, inquit, domino; unus est.* *I. Cor. 6. fñritus*, vt pot, quid in anima primò & præcipue, hæc vno, & coniunctio, confiſtat. Ibi enim propriè homo, ibi sanctificatio, que vel ex virtutib; humano etiam studio partis proficiſcit, confiſtit: inde etiam ipsum peccatum: ibi itidem ea curatione, que ex donis promanat, homo curatur: corpori enim omnia ex anima adueniunt. Et quemadmodum à malis cogitationibus, que ex corde exunt, inquinant; ita etiam inde est ei sanctificatio, siue ea que à virtute, siue que à sacramentis, sed longè excellentius, longè melius, longè perfectius, prouenit. Duobus enim modis diuina hæc Hierurgia, & sacrum hoc mysterium nos sanctificat. Vno quidem modo ipſa mediatione, eò, quod offerunt dona, siue ipſo oblationis actu; eos, qui offerunt sanctificant, & eos, pro quibus offeruntur, Deumq; illis propitium reddunt. Alio autem modo, sacra ipsa participatione & communione, quia nobis verus cibus & potus, vt dicit Dominus, fiunt. Ex quibus quidem modis, primus ille communis est viuis atque defunctis, etenim pro vtriusque offertur facti-

HABITUS

ficiunt. Secundus autem modus solis viuentibus prout prius est, cum mortui amplius, nec comedere nec bibere omnino possint. Quid igitur dicet aliquis? Propterea ne, nec sanctificantur hac sanctificatione, quæ prouenit ex participatione, & deteriori sunt in hac parte conditione mortui, ipsis viuentibus? Minimè. Nam & his siquidem Christus se communicat, eo modo quo ipse nouit: qui item ut vobis clarius innotescat, ut & cetera alia multa ad hanc rem pertinentia; ex ipsa interpretatione sacre Liturgie, & hoc & alia multa discere poteritis.

ANNOTATIONES.

Tertiodecimo loco docetis, etc. *Sumptum est hoc totum ferè Caput ex Nicolai Cabastile, viri imprimis pī, & longè doctissimi, libro, de diuino altaris sacrificio; ex quo codem in locis quibusdam corrigi & illustrari posse.*

Sacram Hierurgiam, etc. Non uno, nec codem nomine, hoc loco Greco, ut & iota vetustas sacrificium altaris ornant, atque explicant. Nunc enim communissimo, eōq; usitatisissimo, utrūq; utrūq; nomine utuntur, quam Strabo θεωρητης hoc est, publicum munera ministerium, & functionem interpretatur: quomodo Iſocantes dicere solebant: Magistriū functiones λατρεψία, non ἱερωταὶ, hoc est, ministeria: non questua faciendi, artes esse. In re sacra, primū hoc vocabulo vīsa est Diānius Lucas ἀπολογητης τῆς Αδριανῆς completi sunt dies ministerii eum, hoc est, sacrificij, quodin vice sua obibat Zacharias. Et in Actis. λατρεψίαν τὸν διὰ τοῦτον γένους τοῦτο, quod Erasmus interpretatur, cum illi sacrificarentur Domino & reiunarentur: quo deinceps vocabulo, omnes alijs consequentes scriptores, in hoc mysterio sunt vīsi. Nunc igitur hoc est sacram operationem vocant, quo nomine D. Ignatius Apostolicis temporibus proximus erit: Nunc igitur, quasi summū mysterij nomine utuntur: quo nomine Gregorius Nazianzenus detectatur. Nunc tamen, id est, summū ceremonię, quomodo Simeonis tristis ἐπεξιστη, hoc est, arcanum mysticum, hoc sacram appellavit. Inde Lucianus eam ob causam glutinorum nostrorum cruci affixum esse dicit, quod nouam in Palestina tristitia, hoc est ritum & sacrificium constituit-

constituerit. Hinc Christum tristitia, primum tanti mysterij conditorem, magnus Dionysius appellare: ipsum autem sacrificium tristitia, quasi ceremoniam ceremoniarum, ab aliis summa ritum, & sacramentum nominare solet. Vocant item pī, & oī, boc est, oblationem: quo nomine, & si ipsa dona aliquando & munera, que vel ad confundendum hoc sacrificium, vel ad ministrorum victimum conferri solebant, appellantur, que proprie a veteribus sacra pī dicabantur; Sepius tamen ipsam rem sacram designant, quomodo ipsam concilium Nicenum vītur: Neq; inquit regula, neque confitudo tradidit; ut hi qui offerendi sacrificium non habent potestatem in his, qui offerunt, corpus Christi, porrigan: ubi verbo προφητης, Patres illius conciliū existuntur. Sic ipsi Apostoli, Canone 3. & 7. ἀγαθοφοροῦ appellare solent. Sic Ignatius: Non licet sine Episcopo, neque baptizare, neque προφητης id est offerre. Vocant item hoc idem mysterium num quidem simpliciter vīsa, quomodo ipsi Apostoli Canone: quomodo Ignatius διεβολεῖ προφητης εἰδεῖ τινα, id est, neque sacrificium immolare, neque eam celebrare; sacrificium simul & communionem complexus, quod utrumque Latium Missae nomine appellare solent. Quomodo item & D. Lucas nomine δεξα, vīsa est. Nunc vero cum additione, quomodo Nazianzenus ἀνάγκητη τοιata, hoc est, incruentum sacrificium. Instans προφητης διεβολεῖ id est, quod offerunt, sacrificium appellat: οὐδὲ item, εργοθεῖ παρεῖται, quomodo Sepius Chrysostomus, ἀγόρευε, id est, dilectionem, quomodo Tertullianus, & alijs plurimi οὐδὲτε, ἀναγνῶσαι, collectionem atque gratiarum actionem ut pīstis omnes appellant. Instans προφητης oblationem in nouellis nominat, sed & hec hantem.

Illi siquidem Psalmi qui quasi, etc. Frustatim hēc ex Cabastila projiciuntur, potius quam continuantur, proinde libet totum locum Cabastile apponere: Quig autem post Psalmos, sacrarum litterarum lectiones, & alia id quod sequitur. Nam eti dicatur aliis esse vīsa lectionum & psalmodiariū; ea enim adsumpta esse, ut scilicet ad virtutem nos vīgant, & ut Deum propitiū redant; nihil tamen prohibet, quod minus & hoc, & illud posint, & eadem, & fides ad virtutem inducent, & Christi economanū & dispensationem in carne significant. Quemadmodum enim vestes, indumenti quidem vīsum implent, & corpus tegunt: eō autem, quod tales vel tales sunt, nonnunquam & artificium, & vi-

O iij tam, &

tam, & dignitatem eorum, qui induiti sunt significant; ita etiam se habet in his. Quia enim diuinæ scripturæ, & verba diuinitatis inspirata, & hymnos Dei comprehendunt, & ad virtutem adhortantur, eos, qui legunt & canunt, sanctificant. Quia autem talia electa sunt, & ita sunt ordinata, & aliam habent potestatem, & sufficient ad significandam Christi peregrinationem, & eius institutionem. Neque enim ea solum qui coluntur, & leguntur; sed ea etiam, que in celebrando peraguntur, eodem modo se habent. Fit enim vnum quodque, præsentis vñus gratia: significat autem etiam aliquid ex operibus, vel actionibus, vel passionibus Christi.

Cur enim non statim in altari proponuntur, etcœt.

Duo sunt intrâz, utrum bona id est, sanctum tabernaculum in orientali Ecclesia, Altaria: unum maius in medio versus, quod curvis nominibus appellant: Sacrum mensam, Sancta sanctorum, Tabernaculum, Locum Dei, Requiem, Proprietatum, magni sacrificij officinam, Christi monumentum, & eum glorie tabernaculum; totq; item vocabulis ab antiquissimi Patribus infigitur: ex quibus colligere licet, quam magnifice illi senserunt de eo sacrificio, quod in hoc penitus altari; longe fecerunt, quam nostri prophani illi rerum diuiniarum inquinatores. Est & aliud minus altare, in quo Sacerdos facit preparatus; quod profectus dicitur, quasi propostio, quod patiens consecrandus in eo primum ponitur.

Quia offerabantur quidem primo Deo sacrificia. *Integer locum & sententia Cabasile hoc est:* Initium autem ducamus ab eorum, que in propositione fium & dicuntur, contemplatione, & ipsa eorum allatione, donorumq; oblatione. Cur enim non statim ad altare ducuntur & sacrificantur; sed primum tanquam dona Deo dedicantur? Quia offerabantur quidem Deo sacrificia ab antiquis, ratione carentium animalium coeles & fanguis. Offerabant autem etiam dona; quemadmodum vasâ aurea, vel argentea. Corpus autem Christi etiam ut aqua habere videtur. Etenim sacrificium quidem posterius existit; quando pro gloria patris est interfectus: dedicatus autem erat, & oblatus Deo, ab initio: & donum erat ipsi preciosum, & tanquam adsumptum; ut nostri generis primitie, & proper legem, quod erat primogenitus. Ea de caula, ea, que nunc offeruntur, per quæ corpus illud significatur, non statim ad altare ducuntur, & sacrificantur; sed

hoc qui-

hoe quidem fit postea: prius autem Deo dedicantur, & dona preclara Deo, & sunt, & vocantur. Ita fecit Christus. Quando enim panem, & vinum, manibus acceptum, ostendit Deo & patri; tanquam dona, ea Deo offerens, & dedicans, ostendit. Et unde nunc hoc confabitas? Ex eo, quod Ecclesia hoc facit, & ea dona vocat. Non enim id faceret, nisi Christum hoc fecisse sciret. Audiuit enim ipsum iubentem: Hoc facite; & non dissimiliter cum est imitata.

Iussi enim ipse dominus, vt hæc in memoriam eius peraganter, etcœt. *Rem totam sic explicat Cabasila.* Sed quanam de caulla hac iussit & ad aliud respiciens, hanc recordationem a nobis exigit? Ne ingrati & immemores elemus. Est enim benefactoribus ab ipsis, qui beneficio affecti sunt, quædam gratiae relationis eorum meminiſſe, & eorum, per quæ beneficio affecti sunt. Huius autem conseruande memorie, homines multas rationes excogitarunt; sepulchra, flattus, columnas, dies festos & celebres, certamina; quorum omnium vnum est institutum, non finire, vt viri præclarri & præstanti virtute, obliuionis mandentur. Tale est etiam, quod dicit sacerdos: Alij quidem alia, obliuionis querunt remedia; vt recordentur eorum, qui ipsos beneficio affecterunt; vos autem in meam recordationem hoc facite: & quemadmodum ciuitates fortium virorum, per quos victoriam aſſecutæ sunt, vel qui eis salutem attulerunt, aut res carum recte geferrunt, columnis inscribunt; ita etiam in his donis, nos mortem Domini adscrībimus, in qua, vniuersa sita fuit, aduerſus malignum, victoria. Et per statuas quidem, ciuitates solum habent figuram corporis benefactorum: nos autem ab hac oblatione non habemus figuram corporis; sed ipsum corpus eius, qui se gefit fortissime. Hoc ipsum etiam antiquis constituit, vt in figura facerent, id, quod nunc est in rerum veritate. Id enim erat Pascha, & agni occisio. In memoriam reuocat eodis illius ouis & fanguinis; qui feruauit Hebrais in Aegypto primogenita. Et haec quidem est ratio recordationis.

Sed & Christi ipsius veri capit. etc. *Tanquam bœc in hunc modum Cabasile.* Significatur autem Ecclesia in mysterijs, non tanquam in signis, sed tanquam in corde membra, & in arboris radice ramus; & sicut dixit Dominus, tanquam in vite palmites. Non enim est hic solum nominis communio, vel analogie similitudo; sed res eadem. Etenim corpus Christi & sanguis, myſteria, sed

ria, sed Ecclesiæ hæc sunt cibus, & verus potus : & corum particeps effecta, non ea mutat in corpus humanum, veluti aliquem alium cibum ; sed ipsa in illa mutatur, vincitibus ijs, quo sunt præstantiora. Nam etiam ferrum cum igne habens conuentudinem, fit ignis ; non autem dat igni, vt sit ferrum : & quemadmodum ferrum inflammatum, non ferrum, sed ignem aperè videamus, ferri proprietatis omnino ab igne deletis ; ita etiam Christi sit Ecclesiam, si quis videre potuerit, eo ipso, quod ei vnitæ est, & est cius carnis participes ; nihil aliud videbit, quām ipsum corpus Domini. Propter hanc rationem : Vos etsi corpus Christi, inquit Paulus, & membra ex parte. Non enim Christi in nos curram & prouidentiam, instructionem & admonitionem, & nostram in eum subiectionem significare volens, illum quidem caput, nos autem membra appellauit, sicut & nos cognitorum vel amicorum membra vocamus, hyperbole viventes ; sed illud ipsum significans, quod dicebat, fides icticet iam per hunc sanguinem viventes in Christo vitam, & verè ab illo capite dependentes, & hoc corpore induitos. Propterea non est à ratione alienum, hic Ecclesiam per mysteria significari.

Sicque ipsa oblatione perficitur inuisibile sacrificium, etcet. Clarius bœc idem Cahafila in hunc modum tractat : De ipso autem sacrificio, operere p̄cipuum est illud querere. Quia enim non figura sacrificij, neque sanguinis imago ; sed verè est mactatio & sacrificium. Quæramus, quid est, quod sacrificatur : panis, an corpus dominii : videlicet, quando dona sacrificantur, prius, quām sunt sanctificata, an postea ? Et si panis quidem est, quod sacrificatur : primum quidem quodnam fuerit panis sacrificij. Vndeinde, non est hoc nobis mysterium, videre panem mactatum ; sed agnum Dei, qui sua morte tollit peccata mundi. Sin autem ipsum Dominicum corpus sacrificatur ; hoc certè ne fieri quidem potest. Non enim amplius occidi vel percuti potest ; cum iam ab interitu, & corruptione alienum & immortale effectum sit. Quod si fieri posset, ut adhuc aliquid tale patetur, oportet esse & qui crucifigerent, & omnia alia conuenire, quo illud sacrificium efficerent. Siquidem non figura mactationis, sed vera mactatio esse ponitur. Deinde, quomodo Christus fœmel est mortuus & fuscatus, non amplius moritur ; & fœmel passus est in consummatione seculi : & fœmel dicitur oblatus, ut multorum peccata auferretur. Si enim in vnaquaque mysterij celebratione ipse sacrificatur, quotidie

quotidie moritur. Quid ad hæc ergo dicendum est. Sacrificium, neque antequam panis sanctificetur, neq; postquam est sanctificatus, peragitur ; sed eo ipso tempore, quo sanctificatur. Sic enim necesse est omnia, que de eo creduntur, conseruari, & nihil omnino excidere. Quoniam autem ea sunt : Sacrificium hoc, non esse imaginem, & figuram sacrificij ; sed verum sacrificium : non esse panem, id, quod sacrificatur ; sed ipsum Christi corpus : & præterea unum esse agni sacrificium, & quod fœmel factum est. Et primum videamus, an non figura, sed re ipsa sacrificium sit mysterij celebratio. Quod enim est ouis sacrificium, que ab eo, quod non est omnino occidum, in occidum fit mutatio ; hoc etiam hic fit : panis enim, qui est sacrificatus, mutatur tunc in id, quod est sacrificatum. Mutatur enim à pane non mactato, in ipsum corpus Christi, quod verè mactatum est. Vnde, quemadmodum in ouo mutato, verè sacrificium operatur : ita tan hic propter hanc mutationem, id, quod peragitur, verum est sacrificium. Mutatur enim non in figuram, sed in rem mactationis, in ipsum corpus Christi, quod sacrificatum est. Sed, si panis quidem manens fœmel sacrificatus ; panis esset, qui mactationem suscepit : & si fœmel mactatio tunc panis sacrificium. Quoniam autem vtræ, mutata fuit ; & in sacrificatum, & panis : & factus est pro insacrificato quidem sacrificatus, pro pane autem corpus Christi ; propter mactatio illa, non in pane, se tanquam in subiecto considerata, corpore Christi ; non panis, sed agni Dei sacrificium, & est, & dicitur. Claram est autem, quod his positis, nihil necesse est, multas fieri oblationes corporis Domini. Quia enim fit hoc sacrificium, agno non tunc occido, sed pane mutato in agnum occidum ; claram est, quod fit quidem mutatio, sed non tunc fit occasio : & sic id, quod mutatur quidem, multa, & mutatio fœpe : id autem, in quod mutatur, nihil prohibet unum & idem esse, sicut unum corpus, ita etiam occisionem corporis vnam. Et hæc quidem de his.

Princeps fit aliarum Ecclesiarum, etc. Qui fuerunt ab antiquo principes Apostolorum, & quasi columnæ, que item principes Ecclesie, ex Paulo, Actisque Apostolorum, clarum est. Claram item ex Concilij Nicæni, quod isti se in omnibus sequi dicunt, Canonc. 6. 7. & 39. in cuius Synodipatrum Catalogo, & subscriptionibus, ne nomen quidem Byzantini Episcopi reperiatur. Clara item sunt Cœ-

Constantinopolitanorum Patriarcharum ad Damasum, Leonem: Gregorium item. & ceteros Pontifices iustus primatus causa, ne quidquam facta postulata. Clavis illorum verè Apostolica responsum. Veram noua nobilitas semper in recessibus titulis, & stemmatibus, multum est odiosa; quanto minus illis abundat, tanto illa magis tanta, & officient. Illud; maxime in Greca nunc appetit ambitionis tale vicium esse, quod ultimum sapientem defeat: nam ad illos olim iam omnia plene deferuerunt: fuisse tamen quidam, & ambitione, in illis adhuc appetit. Non habere autem illos validam legitimam casam, cari fisi bunc evendicent primatum; vel Canon, quem pro ea ambitione in Constantinopolitano Concilio ipsi talerunt, abunde indicat, qui talis est: Constantiopolitanis ciuitatis, Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propterea, quod si noua Roma. Si ergo id est primatum obtinere debet, quia noua Roma est; cari igitur veteri se antefixum est? Verum nos bac de re non plene dicimus; sed potius Patriarcham Patriarche opponemus, totamq; tractationem Gennady Scholarij Patriarchae Constantinopolitanii de iusto principatu, quo maiorem fidem res habeat, ut & iutorum & aliorum oculi confidantur, hunc loco apponemus.

GENNADII SCHOLARII PATRIARCHE Constantinopolitani defensio de Primatu Pape.

SECTIO I.

Cee nunc quintus & ultimum decreti caput, accedit, ut saam responsum accipiat, quemadmodum & præcedentia. Ergo quia laborem explicandi, que mibi de quatuor primis capitib; videtur, non defugi, nequamquam decet hoc aut silentio inuolare, aut debita responsum fraudare. Agnum est igitur omni adibito studio, & de hoc capite quæ dicti possunt affere, ne & ipsam debita fisi careat portio; immo & alia adiungatur sacram patrum, & doctorum, diuinis & theologicas testimonias communias, & camulare, quod pollicari sumus, prefemus. Quodnam verò hoc est; Ecclesiæ caput, Pape primatus, quemadmodum Sacrae Synodi decretum aperie clamat. Præterea decernimus Apóstolicam fedem & Romanum Pontificem in viuierum orbem primatum obtinere, eundemque esse beati Petri principis Apóstolorum successorem, & ipsius Christi in terris vicarium patrem, & magi-

& magistrum omnium Christianorum. Hoc profecto, nescio quomodo quis inficiari possit: cum apertissimè Christus: & omnes doctores, manifeste quam se vel conitrum personare, hoc ipsum vicerentur. Christus ergo ante suæ passionis tempus, ad Philippum Cœfarcem pergenit, interrogavit discipulos suos dicens: Quem me dicunt homines esse filium hominis? animaduerte exquisitum theologici sermonis sensum: nam quando de communibus hominum sententijs percontatur, Apóstoli occupant responsum dientes per singulos: Quidam Ioannem Baptistam, alij dicunt Heliam, alij Hieremiam, alij unum ex Prophetis. Quando verò de illorum sententia explicanda interrogat: et quam exsuffimationem de eo haberent, cum diceret: Vos autem quem me esse dicitis? tunc nemo Apostolorum locutus est, quia ipsi aliorum praesidias erant; Petrus autem ipse, & tota orbi terminari præsidebat: & quidem tanquam praesidias aliorum, aliorum sententias explicabant. At cum Petrus Apóstolorum præses esset, pro illis afferat responsum: illi enim primatum, velut in eisdem scolæ sicut, detulerunt: unde & audacter Christo responderunt: Magister interrogas, quem te dicimus esse? tu es Christus filius Dei viu. Confidit magnificam Petri confessionem, id est & saluator ad eum: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, non humana sapientia hoc te docuit, neque ab hominibus didicisti; sed Pater meus, qui in celis est, hanc tibi admirabilem theologiam reuelauit, pater igitur meus te docuit. Ego autem tibi dico, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non præualebunt aduersus eam. Neque hic subtilis, immo progrediens dicit: & dabo tibi claves regni celorum: & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in celis; & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in celis. Quis ergo se Christianum professus bec abnegabit? nisi forte Christianum exire vellet.

Sed quid huic objiciant: qui id oppugnant? ad omnes hoc dixit SECTIO 2. Christus, cibi dicit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remissio peccata, remittentur eis; & quorum retinueritis, retententur. Et alibi: Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Et rur- Mar. 16. sus: Euntes in mundum viuierum predicate Euangeliū omni creature. Et alibi: Quæcumque ligaueritis super terram, erunt Matt: 16. ligata

ligata & in celo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in celis. *Hec & nos confitemur dicimusque*, quod in commune hos constitui magistros orbis terminorum, & omnibus gentium tributum peccata dimittendi; quoniam usque ad orbis terminos ipsos destinatur. Necesse enim erat eos habere potestatem baptisandi, docendi, predicandi, & omnibus gentibus dicendi, quæ opus erat. Ceterum erat evile, vel potius necessarium, hos caput habere; ut inter eos ejet ordo, & caput: ne sine capite abierent: ut confusio magis oriret, quam conio: ex quo disolutio & ordinis perturbatio ejet consecuta: quia ubi non est ordo, ibi disolutio & nam ordinis perturbatio disolutionis principium. Gregorius cognomento theologus id confirmat: nam mundanos principatus videntem perturbari, discedi, atque aboleri, quando inter se iuncti non sunt: quoniam si dico de primatu regna decurrent & extinxuntur, extinxuntur: hoc & salvator dixit: Omne, inquit, regnum in seipsum diuisum, defolabitur, regitur in commune ad omnes hoc Christus dixit: & nemo negabit hoc: sed scorsum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & reliqua, ne erraretur inter eos disensus, ut diximus, ac perturbatio. Si ergo ea venient, quod mandante potestates, quanto dispenditae sunt, intercurent, & dilabuntur; quoniam Christus debuit Ecclesiam suam emittere fine capite: ut confusio sequetur, & ex confusione destrueretur. Sed ut supra omnem ordinem positus: & eis existens tu, qui ordinem constitueris, evoluis & ordine suam societatem, videlicet Ecclesiasticam, constitueris: & ipse in terra erit caput, Dominus, & magister discipulorum, & pater, & pastor; sic cum decreuerit ad paternum regnum ascendere, Petrum prefectum ipsius constituit patrem, & magistrum: & eum uno verbo dicam, suum vicarium ac successorem. Offendit autem, & alibi ante suam passionem, se principatum, primatum, & Petro inuidit, ubi dicit: Petre, sapienter lathanas vos, ut cribrare sicut triticum: ego autem rogo uiparo pro te, ut non deficit fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Audi boc, ego roganus pro te, & illud: Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: quid tibi videtur? scilicet confirmare fratres: nisi cum eis illorum principem, et eos confirmare. Et alibi idem ostendit dicens: Simon vade ad mare, & mitte hamum, & eum pescem, qui primus ascenderit, tollis & aperies os eius, inuenies statorem, illum sumens da pro me, & te: ex eo cognoverunt discipuli.

Petrum

Luc: 22.

Luc: 22.

Matth: 16.

Petrium ipsum principem prefecisse. *Hec Christus ipse, antequam partetur, enunciavit, ut dictum est. Post resurrectionem autem (ut Ioanni tonitri filio videtur, qui scriptis Evangelium) Petrus in tuensi in iucundissimum Domini cultum, inquit: Domine, quid placet tibi, ut ego faciam?* Iesu interrogauit bimaculat, Petre amas me, & in una quaque interrogacione, pastorem illus designauit, dicens: pasc meus oves: pasc agnos meos. *Quia terna interroga- gatione contristatus, ait: ubertus flos;* Domine tu scis omnia: tu quis quia amo te, cuim domini tripli interrogatio, evoluti tripli abnegationi mederi. Poffo terreni conflitum ipsam pastorem, & magistrum: id, multe spendoris uotionibus & testibus i praecipue vero Iohannes Damascenus, in vita Barlaam, & Iosaphat, Indorum, testatur se dicens: Aufugit hostis diabolus, ob Petri potentiam, pudore fufus: at ille rufus princeps electus erat, veluti terra magister. Id & sapiens Leo impensis in expositarijs dicit: Partim quidem post diutinam resurrectionem, tecum Petre amas me, interrogans Dominus, suarum oviuum constitutus pastorem: partim vero Simoni oscis tradidit ad pascendum; ut charitatem mutuam rependeret, requirens ab eo curam pacendi: & ideo dixit: Petre si amas me, pasc agnos meos. Petrus vero intelligens, quod magnum est primatus, & multe virtutis egens, videntisque Ioannem, quem valde Christus diligebat, qui fequebat, ait: Huius autem qui? quasi vero dicens, me domine & magister designas caput discipulorum; hunc autem à te dicendum, quid iubes esse? qui & petit ab eo federe à dextris suis; & antequam peteret, curauit à matre id fieri, ut vel à dextris, vel à sinistris collocaret ipsum, in gloria saluatoris. Ex quo buss aperte colligatur hic cathedrae primatus. Quod si de calcei cathedra, doctores hoc intellexerunt; tamen & hoc pacto possumus interpretari. Sed nū cui occasio preberetur exponentia, quod de omnibus dixit discipulis, quæcumque solueritis & quæcumque ligaueritis: respondet Dominus, velut cum incepisset: Petre si eum volo manere, donec rursus veniam, quid ad te tu sequere me. Nam sequere, nihil aliud offendit; nisi sequere me, hoc baculo paftouli: ac evoluti quando ego vobis sum eum, custodiebam vos, cum pater eum cefter, caput, & magister: sic & tu sis pro me, & sequere me, in hoc principatu, docens, & confirmingas fratres tuos. te enim in tempi eculo prome. Ideo & manet usque ad hanc diem, & manebat Petrus Chri-

P ij

stum

HAYKU

stum sequendo, per successores suos, ut in orationis progressa declarabatur. Ex his salvator suam mentem ostendit, ut dictum est, ante quam patetur, & post resurrectionem.

SECTIO. 3. Ceterum sancti patres, & acta ecumenicorum conciliorum, manifestissime idem comprobant. Quid igitur rite aduersus haec potest effervere? nisi forte id, quod a multis auctoribus predicari, quod bi-vitam Petri non vivunt: nam ille pauper; bi-verò sunt diuines: & aliud rite genus nunc Papa dicit; quam Petrus: quomodo est ergo successor eius? Duo animaduertio bice reprobandi, que omitti non possunt. Primum quod ille pauper erit, hic diuines. Secundum, aliud genus rite viventibiles, aliud bice. Ad primum quidem illis sic reflexionem est: scilicet, quod opes, &c. que posset, non sibi companionit, neque per eum ab aliquo extortus; sed ante multas etates & annos; non tantum ante sebisma, & divisionem Ecclesiarum, sed paulo post Christi assumptionem in calum, & ante sanctorum magnam & proximam synodum, magnum Constantinus Imperator iniunctus, Silvestro, sanctissimo, summo, pontifice, largitus est: quacdam modum in edito continetur, & in sacris Canonum libris inuenitur. At & nos id ad verbum apponemus, ne aliud videatur effere, quam propria eius verba sonant.

false synagogue, & hereticis referte. Enumerare diligenter, &
videlicet quodvis Græcorum arbitris Ecclesiam esse hanc, quam symbo-
lum designat, in nibilum Petri confessione concludit: aduersus
quam portas inferi non preualuit ut profensus est Christus: nam
omnis Græcorum Ecclesia, immo vero totus oriens, à Mahometbe
absorptus est. Nonne videmus omnes Patriarchas, atq; Episcopos,
ac sacerdotes, in potestate venisse Mahometis? & ab eo patere
sacerdotij facultatem? & pedibus eius adoluuntur, & pro eo eti-
am innuit deprecantur? In quo loco collocatis? Portæ inferi, id est
hereticorum ore aduersus Christi Ecclesiam non preualebunt? eo
loco, ubi non solum eis hereticorum dominantur illi; sed etiam impii,
& alienigenæ imperium tenent? eo loco, ubi nec sacrificare tuto pos-
sunt, nec nola, vel tintinnabulum, nec crucis signum appetunt? eo loco,
ubi nemo liberè potest dulce Christi nomen proferre? si vero protu-
lerit, in duas partes discinditur? in eo loco, ubi si sacerdotes sacrifi-
cantes inueniunt fuerint; Christi hostes ingreduntur atq; subfanniant?
proterunt altaria, & profanant, & sancta projectant, & plaga sacerdotibus infligunt, & pretendent, & derident Christianorum re-
ligionem? nequaquam. Sed ibi oportet esse, ubi Christi signum re-
fulget, & Ecclesiæ exornantur, nola, imagines & altaria omnia,
magno cum cultu conspicuntur & adorantur; & sacerdotibus emi-
tus reverenter assurgant populi: ibi, ubi palam Christi fides pre-
dicatur: ibi, ubi terre reges, & principes cvenientes, ad facia loca
inspicenda, ex Apostolorum causa adonnda, vna cum illis, ex pre-
sidem eorum pontificem adant, & eum pedibus adoluuntur: ibi,
ubi festi dies, psalmodie, preces sine metu celebuntur: ubi nemo
reformidat sibi quenquam aduersari: ibi, ubi summus pontificis, do-
ctorum, et

dores, & predicatorum, in omnem terrum dimittit, ad praedicandum
& annuncandum verbum Dei; & Christi immitationem, immo Salvatori
nostri viceps in terris gerens: nam sic ut apostolis dixit: ecce Marc. 16.
mittit vos, euntes in mundum vniuersum praedicate Euangelium
omni creature. ita & sic in vniuersum orbem magistros mittit,
magna cum cura: qui non solùm ad Christianos propinquuntur; sed
etiam ad omnium gentes, vel ex sancti Francisci ordine, vel Domini-
nici, vel ex aliis regulari. Ergo hoc Ecclesiastam confitebimur, ubi non
est heres, nec iniurias, neque infidelitas: immo vero firma fides,
& inconcupiscentia. At non ita apud orientales, vbi abundat iniurias
& infidelitas. Nec mea sermo est hic, sed Theodosius Studites pro-
deat, & dicat hoc testimonium, quod nemo poterit inficiari in deci-
ma quinta Catechesi: quam leviter quidem, at non intelligitur, quia
non cœlitus: videtur enim doctor esse aduersus oppugnatores imaginis
num pugnare, quando dicit: Audio autem, quod à Rome, principis
Apostolorum Petri claves proponuntur ad adorandum, atque in
honore haberi; & quoniam non claves sensibilis dominus ei
tradidit, sed intellectuales, ad ligandum & solvantum: at illi ar-
gentreas populo proponunt adorandum: tanta igitur apud eos
fides. et ibi folida Petra fidei secundum Dei verbum fundata:
hic vero vt videtur, abundat infidelitas ac improbitas: Vides
quod & beatus hic, ibi confitetur solidam esse fidem: nec in Petro
tantum, sed & in eius successoribus. Hoc quidem cum audiremus, &
videatis, nec possitis contra resistere, vobis aduersus refulgens &
coruscans lumen veritatis, ad ea consurgitis, que nefas est dices
sollicit peccatores esse Romanum pontificem, & carnalibus volu-
pitatis inferientem: & ideo nolle vos bonorem & reverentiam
debitum exhibere.

At tam si his, in precedentibus respondemus, exactius rursum SECTio. IV.
evobis dicimus: quod aperte mendaces estis: nam non quia peccator
est, refugitis ei obedire; sed quia Latinus est, & barbam tondet.
Si enim illum vitareis propter peccatum; & vos metipos vitareis,
quia estis peccatores. Quomodo ergo nostris cum indicare; & vestris
vero non indicatis? omnes ne orientis sacerdotes sancti sunt? vos
hoc non potestis demonstrare: non ergo illum tanquam peccatores de-
nitatis, quia nec vos sine peccato estis; sed quia Latinus, & ab op-
eribus vestris cuariat. Vos namque Latinos, tanquam à fide ali-
enos, exi-

Isaias 8.

Matth. 8.

Num. 12.

enos, existimatis, & ab eis refugere, tanquam à facie serpentum simpliciores edocet: id, liquido patet. Ac si quis ex Latini videretur sanctus, eos bene salvare non vult: immo vero maledicta ingervit. Grecos quamvis flagitosissimos & studiosissimos, si solum aduersos Latinos dicant; omnium sanctissimos arbitramini: inter alias quidem multos, quendam, qui vocatus Palamas, & Epobesi Marcum, hominem nec fatus mentis compotem. sed tamidum sapientie ostentatorem, nulla virtute, vel sanctitate subinxos: quia longuntur solum, & scribunt contra Latinos & extollunt & celebrant: eorumque imagines exornant: festumque agentes diem colunt, ac elevati sanctos adorant. Latinos vero, quamvis tampidem Ecclesia profaniis colendo duxerit; eos incensanter blasphemariis: ita & de falso pontifice facit: nam illum omnino Christianum esse non existimat, quia Latinus: id enim sub dentibus friderici maledicti incenses; & corum, qui rectum potuerint, metu reverentur, ad aliquid, quasi annui umbra, configuntur: cum peccatorem appellantem, ac externa conciencia effundentes. Causa ne id audiat: Qui vestrum est sine peccato, primus lapidem tollat; id est, qui peccatum non commisit, incipiat iudicare de peccato: & non iudicare, vt non iudicemini. ne capietis occasionem fratres, in peccatis: non est officij vestri, de peccatis principum vestrorum inquirere: & doctribus omnibus aperte clamantibus, & Ioanne lingua aurea, in multis quidem orationibus, & in oratione, cuius ceteris, quod oportet, collere suos magistros spirituales, non maledicere illis, praeceptum orationis. Nulla res ad loquendi licentiam magis allicit: & paullo post inquit: Si qui patri vel matri maledicunt, parentibus secundum carnem: ex lege morte moriuntur: qualinam dignus erit poena; qui virum spiritualem magis, quam mulier parentes necessarium, audet maledicere? non reformandis, ne terra defiscens ipsum de medio tollat, vel fulmen ecclodemifum, maledicam linguam adurat. Audistis, quid sorori contigerit, cum fratrem suum accusasset, & principem; quomodo impura facta est, & in lepram incidit, maximamente infamam subiit: fratresque de ea follicito, Deumque deprecante; veniam non impetravit: & paullo post, & Deum placare non potuit; sed magnam poenam perpetua est: vt intelligamus, quam magnum crimen sit principes redarguere; & de aliorum vita iudicare. Et post pauca: Si in carnibus parentibus ita; quanto magis in spiritualibus parentibus hanc ser-

Hanc feruare legem oportet: & vnumquaque in vita laborare & sollicitum esse, ne in illa die audiamus: Hypocrita, cur seculcam vides in oculo fratrui tui, trahem verum in oculo tuo non videt? Et statim postea: cùm principes à subditis coluntur, id ipsi Regnū 1. 20. obijcitur, vt Heli dixit Deus: Cepi te ex domo patris tui. Si vero Regnū 1. cap. 8. contumelias afficiantur, vt in Samuele; non te abiecerunt, inquit, fed me. Qui facerdotem honorat, Deū honorat: qui didicte facerdotem contemnit, in via progesius, & aduerfus Deum erit contumeliosus: qui vos recipit, inquit, me recipit: & honorifica, Matth. 10. inquit, facerdotes tuos. Inde Iudei didicerunt Deum contemne. Ecclesi. 7. res quia Moysen contemplaverunt, eumque lapidibus impetraverunt. At si quis facerdotibus debitam exhibuerit reuerentiam, multò Exod. 17. magis id erga Deum egreditur: & quamvis improbus sit facerdos, videns Deus quod ilius causa etiam indignum honoris; ipse retributionem reddet tibi. Et rursus post pauca: An nesciis quod facerdos nuncius Dei est? non enim ex se dicit, qui dicit. Si contumelias facerdotem, non eum contemnis, sed Deum, qui ipsum elegit: & unde dignoscitur (inquit) Deum ipsum elegisse. Ergo si hac es in opinione, spes tua inanis est redditia: si enim per eum dominus nihil operatur, neque lauacrum habes, neque mysterium eius particeps; & benedictionibus non frueris; non igitur Christianus es. Quid ergo inquit, omnes eligit Deus? per omnes ipse operatur, quamquam indigni sunt, quia populus saluator: nam si per aliam, & Balaam celestum hominum operatus est; Num. 23. multo magis per facerdotem: Si per Iudam operatus est, & per falsos prophetas prophetantes, quibus dicit, nescio vos discidebit a me; qui operamini iniquitates; multo magis per facerdotes operabitur: nam si nos principi vitam scrutari oportet; oportet & nos magistrum eligere: & quicq; supra funt, infra fient; supra pedes, infra caput: si fratrem tuum tibi iudicare non concedit; multo magis neque tuum doctorem. Et post pauca. Tu ouis es, ne sis anxie curiosus aduersus pastorem; ne de his, que ut arguis, illum plectaris. Et quo pacto me admones ipse non faciens non ipse tibi dicit, si ei credis, mercedem non accipies; Christus haec docet, ne iudicemus nos mutuo, sed sua vnuquisque. Et paullo post, ne maledicamus rogo magistris. Si quis patrem habuerit multis crimibus obnoxium; nonne ea obtegit? ne exultes, inquit, in dedecore patris tui: multo magis de spiritualibus patribus hoc dicendum; exhibe reuerentiam; quia quotidie ministrat

strat tibi : curat, ut propter te legantur scripturæ : sacram domini exornat propter te : vigilit propter te : orat pro te : Deo preces offert pro te , cultus eius erga Deum omnis propter te : hoc reuerere, haec tecum cogita , & omni præstitia obseruantia ad eum acceditio . *Et paulo post* : audi quid dicat de principibus iudaorum Deus . Super cathedram Moyis federunt scribe & pharisaicæ quæcumque dixerint vobis, seruate & facite ; secundum verò opera illorum, nolite facere : quenam deterior eorum vita reperiatur & eos tamen nec dignitate deiecit, neque vt subditis delpicerent curauit ; & rectè : si enim hanc fibi arrogarint subdidit post testem ; omnes statim abrogabuntur , & de tribunali deiciuntur : propterea & Paulus, cùm in pontificem iudaorum contumelias effudit, ac dixisset : Percutiat te Deus paries dealbat : & tu sedens iudicas me ? sed monitus à quibusdam ut reticeret , dicens : Dei pontificis malicias offendere volens, quantò horiore , & reuerentiâ, principes prosequi tenemur, inquit : Nesciebam eum esse Dei pontificem . Ideo & alibi dicit : Obedite præpositis vestris, & subiacete illis : ipsi enim peruvigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri : ideo & huius cultus fructu potiri eos æquum est . *Et post pauca* : Cogita quid dicat Deus de iudeis , super cathedram Moyis federunt scribe & pharisaicæ , quæcumque dixerint vobis facere, facite . At nunc non postulamus dicere, super cathedram Moyis federunt, sed super Christi : propterea inquit Paulus : pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos . *Audiisti ab hoc doctore, quo patroculendi sunt sacerdoties?* Si ergo de sacerdotib[us] hoc dicit ; multo magis de principiis sacerdotum, & patriarchis , & doctorum Ecclesie ; qui a vobis in presentia non solam non coluntur, verum etiam imprudentissime lacuntur . Quia per nos quæc[on]tra facti sunt magnas cur arbitror : immo verò non secundum meam sententiam, sed secundum aure & lingue , & administrandum Iudicium, cum dicis ; qui sacerdotes iniuria afficit, Christum iniuria afficit : qui verò Christum iniuria afficit ; quid respondebit illa tremenda die ? Sic itaque concludit Chrysostomus . Si cognitis sunt vobis, que ex mellifluis eum emotionibus expulsimus & praesertim quo bonore principes sunt colendi, quia super carbunclos Iesu & Discedunt . Subiecti igitur estote illis, ut & nos subiectur, non ut sancti ex virtute, sed ut principius : secundum neque nos ut sanctum ex virtute Romanum pontificem

Act. apo. 23

ad Hebreos 13

Ad Cor. 2: 3

H A Y M

pontificem colimus; sed exprimatu & sacerdotio : nam si sanctus est; me sanctum non facit, si peccator fuerit : si vero peccator est; mihi non obicit, si iustus fuerit . An existimat, quia Papa est, cum benevolentia regni colorum : minime gentium : sed ob eius virtutes, si qua habet : nam Papæ multi, heredes erunt sempiternæ damnationis : non quid Latinis sumus, & summi pontifices Romani ; sed propter peccata eorum . Multi etiam Constantinopolitanæ Patriarchæ Greci videlicet, & Alexandriae, & Antiochiae, & Hierosolymorum heredes erunt perenni ignis: non quia Greci sunt, vel Patriarchæ ; sed propter eorum sceleris : & contra : non est enim acceptio personarum apud Deum, ut terrene baum-vite principes protinus, & futurae conficiantur heredes ; verum omnino qui probi sunt . An non auditis sapientiam dicentem : Tunc stabit iustus in magna confortantia, aduersus eos, qui se anguitauerunt : ut verò viventes, sulpirabunt & dicent : hic est is, quem aliquando habuimus in derelictum, & in similitudinem improprii stulti : nunc verò computatus est in filium Dei, & inter sanctos lors eius est . Ergo abeaverimus à via veritatis : quare non debemus de cuiuscumvis iudicare, & vel nimis esse carofo : nam rumpimus opus in populo conuentu manifestabatur . Igitur fratres respicite : & pro salute vestra certate : hoc pro certo scientes, quod qui Romano pontifici non subiectur, Christo non subiectur ; qui Petro dixit . Tu es Petrus etc. ac nunquam salutem conferuerat . Nam cùm dicitur vos illi subiecti nolle, quia peccator est ; id stultorum est hominum, & omnis prorsus sensus expertum . Cur indicat Ecclesiæ Pontificem, quem nescis qualiteram sit : nemo enim, dicit scriptura, nouit faciem aliena, qui patitur vos iudicatis, quem omnino . ut peccatore non nos sit ? Omnes queso, qui cathedralum Perri adepti sunt, improbus sunt, & peccatores & num data openi ceteri Ecclesiæ Pontifices, atq. Proceræ, Papam eligant peccatores ? nonne erubescatis Ecclesiæ electionem prosequi contumelias ? an nescis, quod & Constantinopolis cum creabant Patriarcham, qui principi erat bonore perfruens & virtute : nam et apud hostem virtus est bonobilis : ita & hic enim, qui sapienter bonore & virtute antecellit, constituant suum sacerdotem, & regem . Si vero peccator est, quid ad nos est ipso selectionem reddet, quemadmodum & nos nostri : nemo namque pro alio iudicabitur .

At tu vil-

SECTio.14. *At tu ultra modum Papam deicas: nos vero scimus cum hominem eis, & peccato, & probris poe demergi: propterea in ijs, que ad fidem pertinent, nolumus ei inhabere. Sed a nobis iam ante dictum est, hoc nihil esse: quoniam neceſſe est non aliquem sequi paſſorum: ille namque ut homo peccat quotidie. Si enim una tantum bona eſet vita noſtri, nec ita finis ſordibus eſe poſsemus. Sed de propriis peccatis, cuiusque profeſſione nationem redditurus eſt, ut per iam diximus. Satis eſt nobis, ſi bene paſcamur, ſecundum magnum theologie doctorem Gregorium. At ſeditionis & contentionis ſtudiosus inquit: peccatorum caput eſt non prob. Ad quos reſpondendam, quod benè cogitata vefuſa precipimus, que poſte a inferius retegremus, eſt vos ob ignorantiam obnubiat conamine. Nunc autem ijs reſpondebimus, que palam dicimus; quia ex animi uitio hoc dicitur: non enim vobis cognovit eum eſe peccatorum: neque eobis eius vita ratio ſatis eſt comperta; ſed impudentes calumniamini & conuic animi illi, qui Petri ſuccēduntur eis, & Iefu Christi figuram in terra gerunt: nam qui cum peccatorem appellant, ijs que Iudei affreberant, ſimilia afferant: quoniam illi a nativitate cœcum cernentes videre, inuidia torti, cum interrogant, dicentes: quis aperuit oculos tuos & te redidit, homo, qui vocatur Christus: is mihi dixit, lauare in Siloam: & lotus recepi lucem. At illi in accensi dicunt: de gloriam Deo, quia hic homo peccator eſt. quibus ille, qui nuper cœcum fuerat, reſpondit: fi peccator eſt, nelcio; vnum ſeo, quod cœcus cum elem, modo video: in hoc enim mirabile eſt, quod peccator cum eſt, aperuit oculos meos, qui cœci eram: à ſeculo non eſt auditum; quia quis oculos aperuerit cœci nati: niſi eſſet hic a Deo; non poterat facere quiquam. Potius igitur hoc ad ſucceſſorem Dei trudacere, qui eſt sanctus Papa. Si peccator eſt: quomodo maledixit vobis & Grecos excommunicavit Nicolauſum primus, temporibus Pboty: & excommunicationi illi non defuit tota cura: ſed facti ſunt captivi, & in excommunicatione dixit, in omnia gentes, tanquam Iudei: ſcriptum eſt enim, peccatores non audit Deus. Si peccator eſt: quomodo fuſt exauditus at hic quidem ſic. Innocentius ante hunc, Eudoxiam ob Chrysostomi exſilium, excommunicauit, & intremuit cum ſepulchrum, donec renouato excommunicationem remiſit: et ſlatim coniit illius tremor ſepulchri. Sed quid enit noſtra memoria, nunc ſub Nicolao V. Pontifice Maximo, cum legati a Conſtantinopoli Imperatore, qui*

Iamini 6.

HAY

vocabatur Dragas, ad eum missi, abduc ſuperfient: quibus licet dedi, plena timoris & horroris: rabi aperte, cum executione propletici excedit, & intermissionem extremitum infelicitum Greco-rum: in quibus post alia multa (cum conuicta & probra reficit, que a Grecois quotidie impudentiſſime talabantur) mire & hoc dicit: Omnes gentes decretum, quod lanicitum eft, reſepterunt: Grecoi verò neque reſepterunt, neque ſpes eft eos vnguam eſe reſepturos; quia ſuper concordia & vniōne decreta ſunt: procratiſtationes enim procratiſtationibus ab eis ſemper praetexuntur: excutiones & reſpoſtiones in finguulis. Neque verò Gracci arbitrentur Romanum Pontificem ita eſſe mente deſtitutum, ſo- nemque occidentalem Eccleſiam: vt non intelligar, que in fingu- lis dilationibus reſpondendo nugantur: optimè cuncta nouimus: ſed toleramus in Iclum reſpicientes ſempiternam ſacerdotem, & dominum; qui sterilem illam ſicut, vñque ad annum tertium iuf- fit aſſerunt, agricola iam ad excindendam arborem ſe accingen- te, quia nullum fructum feret. O magnam calamitatem! anno M CCCCCL. hanc conſcripti Epiftolam, & M CCCCCLIII. capta eſt Conſtantinopolis: num poterit decretu eum non eſt minime gentium: cum id ſit maniſtatum, & res ipſa aperte loquatur: tres inquit annos expeſtabimus, ſi vos forte a ſchismate & separa- tione conuerteritis; & vos verò decreto adiuixeritis, ſecundum fal- uatoris diuī preceptum. Si verò non, excindemini, ne ter- ram oſciolam & inutilem redatidis. Hoc minuciorum minucium maximum: quod (et in Epiftolā ipſa ſcribit Nicolaus Papa) Gre- corum gens illa magna & formidabilis, ſapiens, clavis, fortis, terra- rum domina, ob diuinam vltionem, ita in barbarorum ſeruitutem abducta ſit. Hec enarranti mihi, ſubit lamentari & deplorare exadi- dum gentis noſtre, quamquam vos non intuimini.

*In primis ergo (ut inde initium ſumam) in memoriam renouate SECTio.15
fratres, & patres; qualifnam, & quanta, exſtiterit noſtra naſio: fuſit enim quondam ſapiens, clavis, generaſa, prudens, fortis, & que omnem terram ſuo ſubiecerit imperio: praeterea virtutis ſtudio, & ſanctitate, omnes gentes eſt ſuperpreſta, ieiunijs, vigilijs, orationib, eleemosynis, (ut uno verbo dicam) exulti ſpongia hauiſit omnem virtutem: Deo ſemper accepta. At in prieſtice (prob dolor) omnia intercederunt: Conſtantinopolis capta eſt; cum reſe- T
lum re-*

lum recordatione, cogor prorumpere in verba cum clamore & eius latu, & ultimum effundere spiritum: qua verba expugnata, are sunt prophanata: templum conculcatum: magna sanguinis effusio secuta: pullata moniales: virginia corrupta: caput infantibus abscessum: impiorum manibus principes occiderunt: monachib[us] sacri sacerdotes, p[ro]fessi, viri, feminæ, connubii sumi diuisa: sacra vesta confusa: imagina ornatisime, conculcate sunt, ac fuitis confusurante. O me miserum, atque infelicissimum quis poterit unquam tantam cladem deplorare? & veribus acerbis casum exprimere? bene, ubi regis apparatus & comitatus? ubi ordo palatii & disciplina? ubi tot principum examen? ubi scolae sapientie? ubi mihi misero? ubi Patriarchalibus administratio? ubi ornata Ecclesie? ubi tantus, & talis sacerorum monachorum, ac non sacerorum ordo, eborum & numeris ubi monachorum et montium ordines? Ecce, nonne cuncta sumi à Mabomerte absorpta? nec tantum in ipsa urbium Regina ea mala obvenerunt, & verum etiam in subiectis regionibus plura ac deteriore; per singulos dies haec apertis oculis intuerar & intelligimus. Quagmores ergo haec? vel vos mibi dicite perdonatum. Si dixeritis ut dicere consuetis, & nosf[em] de libita hec cœnisci: non ita se rebet dicam: quoniam non magis nos, quam ceteræ Christianorum gentes, noſtrū criminibus Deum irritamus: sunt enim & aliæ nationes magis scleribus & peccatis obnoxiae: quomodo non affliguntur, ut noſta infelicitas & misericordia nostra, ubi mihi misero? alius ex alto subinde fio, cum ad haec animos conuerto, & cor meum conturbatur, & spiritus meus refutat: quia Iudeorum gens, quo duo crimina commisit, secundum Prophetam, dedid panas: duo enim mala fecit, inquit, primogenitus meus filius Irael: me dereliquit fontem aquæ viue, & effudit sibi cisternam dissipata. Et Ecclesia, me in ligno crucifixerunt, Barrabam vero postulauerunt & liberarunt. Primum igitur, cum Iudæi inferni sunt, in captivitate abducti cum Medium & Babylonen. Secundo, cum crucifixissent dominum nostrum & Deum profecti sunt captivi in omnes gentes. Noſtri vero nati (prob infortunium, prob dolor) neque Iudæi seruui unquam, neque Dei filium crucifixit: qua de causa tam acerbè vexatur? Sed non solùm eadem, verum etiam multo peiora, quam impij Iudei perpetuit: ij namque in seruitu[m] abducti, omnium gentium facti sunt serui; vt omnibus iniurijs & Dei bofis; bi vero non solum gentium facti sunt serui,

serui, sed & Iudei ipſis, qui sunt serui omnium gentium. Omcam calamitatem! Nonne reliquum est plorare & lamentari, ac disquirere causam, & credere, propter quod patimur haec? Ego vero aliam non possum invenire, neque enim virtute, neſta ratio certe gentilium prior est; immo vero melior: nam dictum est, vereque dictum; nationem nostram omnes nationes virtute, & moribus antecedere nisſi schismis, & quod si faciat exercit obediencia, & subiectione Romane Ecclesie. Tunc, & Solam, differno ehe causam interitus nostre gentis: quia postquam ab ea distis sumus; maledictiōnem accepimus, ex patinam, quae nos patimur: nec ideo permitet nos sed deteriores euadimus, & maledictis impetum ipsam Ecclesiam; descendit & tacenda aduersus eam impudentes cuonimus. Quagmores fratres mei per Christum; & defensionem omittamus: accedamus vero Christianorum unioni: agnoscamus peccata nostra, ne peiores Iudei es euadimus; neque falsa suauitione, malitia & presumptio[n]e ita invex obſtruumus, & nec audiamus, nec intelligamus. Audiamus Christum clamantem Apolostoli: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui verò me spernit, spernit eum, qui misit me: Verò ergo licet dicere: qui Papam audit, dominum audit; qui verò Papam non audit, dominum non audit: qui verò dominum non audit, audit captiuos et gladiis comminatos. Vide et recte memini, cum interfuerint disputationibus ciuidatis mons[ter]i Barlaam, que habite sunt Constantinopolis, cum quadam legato Apostolico, de primatu Papæ; ubi concludens legatus dicit: Ego quidem possum cunctas obiectiones vestrarum diluere (non enim Christi Ecclesia, & præſes illius summus Pontifex misit hominem, qui neficiat vestrarum dubitationibus respondere) sed vos semper in nugacibus verborum argutias versamini. Quare mihi libertate tibi breue ac verum verbum: quod & alios Gracis, mili iunctum est dicere: haec dicit Papa: Si volueritis & audieritis me; bona terra comedetis, secundum Prophetam. Si verò nolueritis, neque audieritis me; gladius vos deuorabit. Num Pontificis os locutum est hac? num habes huic quid contradicas? lege & exponde, an euenerit sicut ipse dixit. Si ergo euenerit: debetis, immo verò potius necesse est illum audire: secundum verò opera illius non facere, si mala fuerint. In & nobis precepit Dominus: Super carthaginem Moys[es] fecerunt scribere & pharisæi; omnia que unquam discrinxerit vobis facere, facite, secundum verò operi illorum nomine facite.

Tij

lite face-

HAY

lite facere. Quando ergo & hic, super catedram Petri sedet; debemus ipsam tanquam Petrum audire, & imitari sermones eius; openo vero non imitari, si pauca sint. Ita vos sancti docent: ita leges & canones clamant; ut ante a demoniis huiusmodi, & paulo post etiam demoniis huiusmodi. Nunc derigit eolumus, quod vos intus aduersus Papam, ac latinos iniuste contineatis: dicitur enim, quod propter peccatum illum iustiti: sed hoc verum non est: sed causa querituris fratres parum venus: maledictis enim vobis, & vos invenient excommunicatos & delictos funditus estis: sed alius est morsus, ex quo agrotat intus anima vestra, ut ante expostum: non audentes palam dicere, ne forte cunctis hereticis peiores vocemini, & sicut cogniti apud omnes: magisq; cultus mandare sub dentibus. Sed alius quid est, quod labij premis? quidam tamen adeo stolidi sunt, qui aperente latinos hereticos esse dicunt; & Papam propter ceteros omnes: ideoq; unionem refugunt, neque Pape memoriam audiunt; neque qui unionem ex eis suis sacerdotibus amplectantur, vide sustinetis: neque, qui cum ipsis communicant, omnino pro Christianis habentis: & si foris contingit, ut in aliquod incurrit, quod vos Papae commonescatis; panem oblationis non accipiant, sed frangit agitamini, ac dentibus aduersus ipsos sacerdos seu filii infredentis, & Iudeis deteriores esse putatis. Haec igitur priferre reformati, ut non quorundam declinetis, ad apertam intergumentum frenum confugitis, & aduersus veritatem pugnatis, de ainst cumkia (ut ruritur) decertantes.

SECTIO. 16. At nos in precedentibus, quos ante edidimus, quatuor libris, multa de ipsis eidem tractauimus; veritatem pro viribus aperiendi predicantes, Latinosq; in dogmatibus orthodoxos esse liquido ostendimus et falsis eos premi calumnias egregie demonstramus. Et in hoc quinto, profecto non pauca attulimus: scilicet Pontificem esse Petri successorem, & eucaristum salvatoris nostri Iesu Christi comprobando: cumq; solus obtinere potestatem, omnem Ecclesiam absolute dirigendi, & gubernandi, ligandi & soluendi, redargendi, benedicendi, maledicendi, corrigendi, ac mendandi; solus, illum habere facultatem de fide & sacerdotio exigendum. Nam statim magna Theodoreus Studites, in Epistola ad Paschalem Papam, hoc inquit: Audi apostolicum caput, a Deo electe, pastor ouium Christi, claviger regni coelorum, petra fidei, per quam adficata est catholica Ecclesia:

Ecclesia: nam tu es Petrus, Petri sedem exornans & gubernans. Et post quodam: Huc ades: ab occidente exurge, & ne repellas in p[ro]f[und]itatem: finem: tibi namque dixit Christus Deus noster: Et tu quandoque conuerlus, confirma fratres tuos. Audi quomodo appellat pontificem magnus hic Pater; Petrum, et clavigerum vite eternae, et patrem, & apostolicum caput & rogatus, in Constantiopolis sub fidem fensu, propter eorum heres, qui imagines oppugnabant. Vide nam hoc: non ob aliud aliquod, nisi quia si habebat potestatem certus Eccl[esi]astis confirmandi; tanquam qui omnibus heresis superior esset, longe positus est ab omni procella hereticorum. Huius rei ismet testis est in epistola ad Paschalem, dicens: Vos igitur verè illimis fons, & sincerus tam inde à principio veræ fidei: vos ab omni hereticorum procella longe positis: fecurus totius Ecclesiæ portus: vos a Deo electi ciuitatis, ad salutis refugium. Intelligis quo pacto secularum portum appellat totius Ecclesiæ Romanum pontificem est ad quem, ut manuia ab undis in medio mari agitata, in portum perfugiant, ne foris relicta, & fluctibus atq; astu mercantur; sic & omnes Ecclesiæ, ab hereticis, tanquam a fluctibus vexatae, ad Romanum pontificem, veluti ad portum salutis configuntur: ubi tranquillitas atque quietus omnem nascuntur: nam eo loci, fidei clavis Christi a p[ro]p[ter] Petrum Apostolum deposita: ut Ecclesiam totam pacescet, atque gubernaret: nec apud illum tantum, sed etiam apud eius successores, ipsi dicens: & tu aliquando conuerlus confirma fratres tuos. Quæ quidem non solum Petro contigerunt, sed & cum successoribus. Nam Siluester magnus Papa Romanus, post baptismum Constantini, Ariy heresim abolevit: ex in eadem urbe, Liberint, ac Iulius, Athanasium confirmarunt, & Alexandrianum remiscent: cum ab Ariante persecutionem patrarentur. Damasus Papa, Eunomij heresim Constantinopolitanum Patriarche funditus sustulit. Diuus Celestinus, imp[er] Nestorij & Constantinopolitanum Patriarche heresim per Cyrilium Theologorum delectus. Leo sanctissimus, sacrificium Eurychii, et Diocletiani, heresim damnauit. Martinus & Agathon, Monothelitarum sceleratam heresim, verbo & operibus sustulerunt. Gregorius magnus Dialogus, impicatum eorum, qui imagines oppugnabant, a natib[us] mari subiecit: deinde post inobedientiam, & schismam, Nicolaus primus, ismet Constantinopolim profectus est Photij tempore, ut tolleret schisma: quem cum non recipiens, excommunicationis ab eo suppositi sunt. Post bunt summi Pontifices per temporum vicess, non destric-

descriverunt scribere & portari Græcos ad Ecclesiæ conuerstionem, et obedientiam; quosque coacta est synodus apud Lugdunum, quam Græci odaum vocant: cuius auctoꝝ existit, Gregorius Papa decimus, & vno est subsecuta. Sed iterum defecerunt, & iterum Legatos Ecclesiæ receperunt. Cogitatur synodus Constantinopolitana, cum Pape Legatis, Ioannis Beccii temporibus Constantinopolitanis Patriarche; & omnem ampliæ sunt, ad breue tempus, obedientiam ostendentes, & pacem: sed postea rufus ad suum et primum votum revertentur. Sed nec rufus defatigari sunt Ecclesiæ carbo- c
licœ presides; eos ad obedientiam & pacem excitare: at illi cum se mel obfuscent, non parcerunt. Protricta est igitur res usque ad nos, affectumq[ue] nostris oculis: quod multi ante nos Patriarche & reges videre exoptarent, nec eviderunt. Nos vero vidimus beatiss: Eugenium III. Romane Ecclesiæ Pontificem summam, quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, tricembus missis, & sumptibus, ut hoc magnum iudicium sanaretur: celebritaꝝ est synodus ingens atque admirabilis Ferrarie et Florentie et insignitus Italie curibus; magna doctorum & sapientum virorum frequentia, et theologie scientia, ac virtute illustrum. Tandem decretum sanctum c[on]stitutum, omni sapientia & veritate confitendum; quod ubique est promulgatum, & ab omnibus gentibus receptum. Græci vero, & ex ijs qui peiori sunt conditioni, vulgares quidam homines, & indolenti buce contradicunt: ac si quis nationis participes de c[on]tradicet; id non à doctrina proficet, sed ab animi paucitate falso & stulta presumptione, & gloria inani, quam ex vulgaris imperio aucepuntur: quod quidem decretum & nos, in manus sumentes, perlegimus omni studio; idq[ue] toto ex animo verum esse credentes, adonuimus atque amplexatus sumus: unde summisinsta est nobis materia respondendi quinque articulis, qui in eo continentur; quarum extremus hic est, de Pape primatu; quem nemo mentis compos poterit negare.

SECTIO. 17. *Act non recte sentit inquisuit; quia præter communes patrum et doctorum sententias et percepit. Stergo illa diuina fides non recte sentit, mentitur Christus cum dicit: Cœlum & terra transibunt; verba autem mea nunquam transibunt. Et enim Ecclesiæ pollicitus est, se cum e fore, & portas inferi non preualuerint aduersus eam. Ideo ne Christum mentirem efficiamus, quod si vel cogitetur solam, est blasfemias*

est blasphemias) in evanescere Dei Ecclesiam esse dicimus: quam rem testificabatur rufus ipse Theodore Studites, ad Michaelm Imperatorem scribens, ex persona omnium prepositorum hoc pacto: Cùm nos in unum conuenientem, venerabilis imperij vestri iussu, minimi Episcopi & Prepositi: post pauca dies: nos diluimus omnes dubitationes vestras. Si vero aliquid dubitare, vel non credere videtur vestra diuina magnificentia, et eius rei explicatio à Pontifice p[ro]tepi est postulanda: magna & à Deo firmata manus vestra, ut publicè cupida utilitatis, iubeat a veteri Roma capere declaracionem; vt à principio à patribus nostris est traditum: ea è Christi imitator, Imperator, inter omnes Ecclesias Dei, summum & supremum obtinet locum, cuius Petrus tenuit primam sedem, ad quem dicit Dominus: Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non preualuerint aduersus eam. Et eternum idem in alia Epistola ad Naucratium; cuius principium est: nō implebitur auris mea à vocibus auditionis, inquit: Teftor nunc coram Deo & hominibus, diuini sunt à corpore Christi, & à suprema fide, apud quam Christus depositu claves fidei: aduersus quam portæ inferi à seculo non preualuerunt, nec preualebunt usq[ue] ad consummationem eius; hereticorum videlicet effrenata ora, secundum promissionem veracis Domini. Audit, quo pacto ea est caput Ecclesiæ Christi; cuius Petrus est primus praeses: & quod nuncquam preualuerunt, neque preualebunt usq[ue] ad consummationem seculi, hereticorum effrenata ora, secundum promissionem veracis salvatoris? Si ergo nuncquam preualuerint hereticis aduersus Christi Ecclesiam; quomodo audetis dicere eam errare? que incarna a doctoribus prædicatur. Id etiam ostenditur in tertia sancti synodo; in qua allatæ ab Apofolica fede literæ, Arcadiam Episcopum cum surrexisset, ad synodum dixit: Iubeat vestra beatitudine Reuerendiss: Patres allatas ad vos literas faciat & cum adoratione vocati Cœlestini Papæ Apofolice feds Episcopi, legi & ex quibus percipere poterit vestra beatitudine, quanto studio prosequitur omnes Ecclesiæ: eadem, & borum similia, Proiectus Episcopus protulit. Et pando post Cyrrilum Alexandriae dixit: litteræ acceptæ à sanctissimo Apofolice feds Episcopo Romano Cœlestino, cum decenti honore legantur. Audit Arcadiam & Proiectum, quod omnium Ecclesiarum cum gerit Romanus Pontifex est ob quidnam aliud, nisi quia caput est omnium. Quod vero Cyrrilus dicit,

dicit, cum decenti honore legi quæ scripta sunt à Coelestino, comprobauerunt patres aperiendo capita sua, & reverenter audiendo quæ dicta sunt. In qua vero fandæ synodo, ut in titulo diuinæ scripture apparet, talia dicta sunt. Ut beatissimus Episcopus Romanus urbis, cuius sacerdotium super omnes antiquitas esse voluit; potestatem & facultatem haberet de fide, & sacerdotibus determinandi. Ergo quia de fide & sacerdotibus determinandi facultatem habet; merito caput & magistrum omnium Christi Ecclesiærum in decreto scribitur, & a nobis colatur & adoratur: atque omnis obedientia & obseruancia et a nobis exhibetur, & exhibebitur; donec in hac vita permanebimus; & recordari illius, qui dicit: obedite præpositis vestris, & subditis eftote; ipsi enim vigilant pro animabus vestris, vt rationem reddituri: & meminisse eius nunquam cessa- bimus in sacra misericordia preciis, secundum sanctorum nostrorum traditiones: ne impiorum erroribus obsecrandantes; & firmante orthodoxe fidei excedamus: pro conforto habentes, quod qui ipsi non subiecti, nunquam saluabitur; simili modo, et qui eius non meminisse nego sacerdos est, neque sacerdotis meretur habere potestatem: ut xii. Canon prime. & secunde synodi aperi teftatur: habens enim ad verbum scit: Hæreticarum zizaniarum femina, in Christi Ecclesiæ spargens adulterarius, & videns has gladio spiritus radicius euelli, alia via aggressus est; afflupsum fecum schismatis rum infanta, Christi corpus diuidere. Sed & has infidias fandæ synodus anticipans, undecimque decrevit in posterum; vt hi quis presbyter, vel diaconus tanquam ob aliquod delictum suum de ipsicis Episcopum, ante synodalem cognitionem, & cauile disquisitionem, ab eius communione deficeret auctor fieri: & nominis eius in facris missiarum precibus secundum Ecclesiæ traditionem non meminerit; hunc depositioni subiicit, & sacerdotali omni honore priuari: qui enim in presbytery ordine est constitutus, & metropolitanorum præuenit iudicium, & ante iudicium (quantum in se est) condemnat suum patrem & Episcopum; hic neque presbyter dignus est honore, & nec nomine: & qui hos sequuntur, si qui fuerint ex confluitis in facris ordinibus; & ipsi suis dignitatibus excidant. Monachi vero vel laici expellantur penitus ab Ecclesiæ, donec relicta cum schismatis coniunctione ad suum Episcopum returantur. Nonne ex hoc loco deprebendis, quod sacerdotes sacerdotio abdicat: neque sacerdotis nomen vult ob-

timere;

tinere; qui mentionem non faciunt primatus eorum, eorumque factores: & si qui faciunt sunt ordinibus insigniti, probanos tubet esse: qui in sacra non sunt, cuiuscunque sunt condonant, excommunicat. Resipisci tandem fratres per Deum, resipiscere: nec amplius tam aperie veritati obſtatis, nec aduersus postulare animarum refectionem decretis: durum est enim, in quo verò fatui, & dementis, nudis pedibus ad aures stimulam calcitare. Nam quemadmodum ossa lapidibus; sic & capita vestra, Ecclesia confringantur: lapis namque Marc: 21. & pectoris scandali est Ecclesia: & Christus ipse, illi se similem facit. Beatus Paulus ita scribit: bibebant enim de spirituali, consequen- Cor: 1. Co: 10. tor: eos petra: petra autem erat Christus: hic est lapis de monte virginali abscissus. Christus vero ad Petrum: Tu es Petrus: & fu- Cor: 1. Ca: 10. per hanc petram, edificabo Ecclesiam, & reliqua, ut sepius dic- etum est. Ecce igitur offensio est, quod per lapus Christi est Daniel: u. Ecclesia: qui igitur in eam impingit; lux in eo non est: sed qui scr- uat per eam non impingit, vena luce que in ipso est illuminan- te, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: lux Ioan: 1. enim veritas est in cognitio: & illuminantur ab ea, qui volunt, & manent in ea. Sed qui nolunt obtempnare; insipientes tenebre eorum oculos obtengunt & impingunt, & conteruntur, ac tandem exterminantur: & reffonsum ferent, quod precepit dominus: quod Ioan: 10. oca me, meam vocem audient: que vero me non sunt, vocem meam non audient: & lapus noster & differt eis. Ita cuncti, & nationalibus oibz, que vocem pastoris non audiunt, & impingunt enim, & labentur in heres, absurditate, & schismata.

Quod vero non posset decipi, vel crare, vel confringi, vel perire SECTIO. 18. Ecclesia: immo vero id euenerit ipsi, qui eam oppugnant; offensio est antea multis ergo argumentationibus: nunc efficacius quodammodo per sacram Christoforum, aure tubi diuinitum Iohannem audiandum ex oratione in Pentecosten: cuius principium: Cœlum hodie nobis facta est terra. Dicit enim ibi post alia multa sic: Magno stu- dio incumbit Deus in Ecclesiæ, non parietibus fulcrum, sed gra- tia custoditam: proper Ecclesiæ conflituum est Cœlum, terra firma est, & mare effusum, & aer repletus, paradisus est plantatus, lex tradita, missi prophetæ, miracula facta sunt, mare diu- debatur & rarsariebat, petre scindebantur, & rursus iungebantur, manna de cœlo descendebat, & ex tempore mensa disponen- V batur,

batur, propter Ecclesiam Prophetę, propter Ecclesiam Apostoli. At cur tam multa est propter Ecclesiam vngenitus Dei filius, filius hominis factus est, ut Paulus ait: qui proprio filio non pepercit, ut Ecclesię parceret, filii sui sanguinem effudit propter Ecclesiam: hic sanguis irrigat illam: per eum non possunt illius planta tabescere, neque folia decidere: non est obnoxia temporum necessarij vicibus, neque tempori inferuit: astate quidem folijs vernat; hyeme vero non nudatur: non enim temporum necessitates, sed gratia spiritus eam colit: propterea non euellitur, neque mirum est eam non euelli. Quot iam inde à principio aduersus Ecclesiam bellum gererunt, cùm erat planta recens, arma aduersus eam sunt expedita: at nunc Dei gratia, & sancti spiritus robore; & Imperator est pius, & milites, & omnis terra fide est repleta: at in origine eius, in exordio, reges impiorum, milites irreligio: ob iussa Principium, arç ardebat: vnde fumus, & nidor: acr inquinabatur: daemones bacchabantur: diabolus saltabat: pater filium abdicabat: filius patrem non colebat: natura scindebatur & religio: ubi igitur, qui ausi sunt aduersus Ecclesiam in acie flare? Cùm erat planta recens, non tamen iniuriā passa est: cùm coelum attigit, speras illas posse debellarē. Quando vnde cūm erant Apostoli, à nemine superati sunt: imo vero vndecim, tot millia Ecclesiarum sunt expisciati: nunc cùm terra, & mare, culta & in habitabilis regio & vrbs, & omnes fines religione referiti sunt; tunc speras ei dominari: at tu non pores: Christus dixit, quod portę inferi non præualebunt aduersus eam: facilius est coelum deleri, & terram exterminari, quam Ecclesiam extinguiri. Quid hęc dicit ē ipse Christus: Coelum & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Et recte: nam Dei ipso celo est potentiū, quia coelum est opus verbī: dixit Deus, fiat coelum, & verbum fuī opus: excurrebat natura nemine impidente: quoniam ipse Dominus est nature, & eam immutandi: ego cām substruxi, qui coelū constitui; sed pro celo sanguinem non effidi: pro celo cruci nō fui affixus: pro celo, celeste corpus non afflumpsi. Sed quid dico de celo & angelorum corpus non afflumpsi: intelligas me ecclesiam magis estimare, quam coelum, & terram, & omnem creaturā: & id coelum & terra transibunt, verba autem mea, nunquam transibunt: facilius est coelum aboliri, & terram extingui, quam mea verba intercidere. Qualia sunt verba cius in medium deducamus, videamus, an intercederint: non reuoco ego in dubio; sed he

reticis os

reticis os obstruo. Qualia sunt verba ē coelum & terra transibunt; verba autem mea nunquam transibunt, quale verbum? Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc petram dixit, non in Petro: non enim super hominem, sed super fidem Petri Ecclesiam suam fundauit. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius Dei viui, petram vocauit Ecclesiam vidas excipientem, sed non concuffam. Ecclesia namque fulcitur tentationē, at non superatur. Quid ergo est super petram: id est super confessionem Petri; non super opes. Non lapides facis ē non ligna ē non spicula ē nequaquam dicit: non enim est sensibilis structura: hęc qualiacumque fint, tempore dilabuntur: confessionem verū, neque demones possunt superare: testantur martyres, qui latus perfrölli, fidem non amiserunt: & rem admirabilem / murus fodiunt, & thesaurum non diripiunt: caro absumitur, & fides non consumitur: ea est martyrum vis: super petram edificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Attende fedulō: eos vocat portas inferi, qui mortem parvunt: quid ingitū ē in infernum intrabit, si in diçrimum venierit? vtique: nam vī portę verbi sunt ingressus in vrbum; sic portę inferni, ingressus ad mortem. Cur, inquit, tentationē non prohibes ē nequaquam: vt ostendam virē meas, si nemo eam oppugnari, possum respondere: nam si fuisse oppugnata, fuisse vtq. & expugnata: propterea eam permitto oppugnari; ne propugnatorum foliitudini, victorię titulus inscribatur: & portę inferi non dixit, non aggredientur eam. Quid ergo oppugnabitur quidem; sed non superabitur: fluctuat Ecclesia; sed non mergitur, sed non petet profundum: excipit tela; sed non admittit vulnera: excipit machinas, sed turris non qualifatur. Sed quid dico Ecclesiam ē vīnū verbum piscator locutus est. Et turris stetit inconclusa. Quot tyranni conati sunt hoc verbum abolere, nec potuerunt ē super petram enim fundata est. Cogita quot tyranni, quot reges diadēmatē redimitti, enes acuti, ferarum dentes, mortes imminentes, fartagines, fornaces, & pharetram suam exhausti diabolus, & Ecclesię non obfuit. Quia nam de cauffa? quia portę inferi non præualebunt aduersus eam: ipsa res testimoniorum perhibet: testatur eventus experientia. Quot bellum gesserunt? num cuiciderunt? sed qui bellum gesserunt, silentis transfiguntur, & obliuioni mandantur: Ecclesia verō floret. Vbi Claudius? vbi Aut^gustus?

gustus tibi Tiberius est nuda sunt nomina; eorum meminit nemo: nam postquam Ecclesiæ oppugnaret, memoris eorum deleta est: & Ecclesia super solem refugelut. *Audiisti verba doctoris aures animo & corpore?* audiisti à Deo afflatum & theologia patrem hunc? scilicet quod Ecclesiæ oppugnatores abolerent, & oblitio mandantur: Ecclesia vero floret. Et conuertunt quidem tela paginatores; ut ipsi culnerentur. Carum nam bœc tibi quia Christus ipsam firmauit: Christus ipsam suo redemit sanguine; per quem celum firmatum est, terra fundata: Domini enim verbo, dicit David, coeli firmati sunt, & spiritu ore eius omnis virtus eorum. *Igitur verbo quo firmatus celum, firmauit Ecclesiæ suam dicens:* super hanc petram edificabo Ecclesiæ meam. *Quam petrum est solidam fidem confessionem Petri pſatoris;* que firmata manet inconclusa, & immuta, & inexpugnabilis & quemadmodum & celum stat, & permanet usque ad verbi. Ideo in celo, & in terra, Ecclesiæ Dei bonitatis, & sanctitatis est. Intra vero secundum aureorum verborum & sermonum patrem hunc, celo & angelis & omni creatura prestantior est. Ideo & subiecti Christi dicunt, celum & terra transibit, verba autem mea nunquam transibuntur. id est, solidius est celum, & terum, & omnia concuti, quam Ecclesiæ meam: incursionses hereticorum facient, at non præualebunt: in petram impingent capita sua, & divergentur; quia super petrum fundata Ecclesiæ est: propterea Ecclesiæ tangamus petram manebit inconclusa; secunda fiducia Christus dixit. Nam qui à principio sue predicationis eam oppugnauerunt: *8 ap. 4. 21.* delectant, & memoria eorum cum sonitu pergit: Ecclesiæ vero renat, & refugelut super solem. *Ubi reges quibus in cam defuerint?* ubi Principes? ubi heretici? ubi Arius & Eusebii? ubi Nestorius & Diodorus? ubi Scærurus & Eutyches? ubi qui præcesserunt, & qui postea subsecuti sunt omnes? nonne perierunt? nonne extinxerunt? sed Ecclesiæ tunc, & nunc, & semper est, & sicut ad seculi consummationem & finem.

SECTIO. 19 Tot igitur & egregijs rebus expositi ex mellifluis sacri doctoris sermonibus: etiam est, quid illi dum ouiret, cuenit cum omni reuertientia commemorare. Sic enim inuenimus scriptum in eius civitate, quam Metaphysices enarrat, cuius initium: Et omnium qui secundum Deum in hac vita trenti sunt: post multa ait: Cum is noctu in oratione perstaret, & oblitus quædam diuina res, & sublimior; quam vt

quam vt oculis cerni posset: & quemadmodum rem in medium proponere, lingua vix audiret & audire nouum videatur; itaque nouum quiddam, & horrore plenum audiile. Coeterum animaduertendum, quid huic narrationi, acque misera sum timor & laetitia: duo quidam viri alba amicti veste, aspectu horrifico vili sunt ei de celo descendere; huicque preclaro viro, dum oraret in conspectu venisse: quorum alter volumen, alter claves manus continebat videbatur. Cumque Iohannes hanc nouam speciem miraretur, timore esse corruptum: hos vero manibus apprehensum erexit, & metum absteruisse, bonoque animo eum esse iussisse. Percontant quinam essent, in ira tanta prædicti gloria, qui accedere ad se dignati essent; ne timeas, eos dixisse: nos venimus a Christo mili. Alterum polles manus protensa volumen tradidisse, dicentes: sume librum, nam ego sum Iohannes, cui sapientia Dei, pectus tradidit, in quod & recumbere voluit: que quidem te & per nos ad scripturas pernoctandas, idoneum reddet: & tes quia manu duces ad eius cognitionem. Alterum vero, manus extensa: sume, dixisse, has clavis: meique Petrum esse feci, cui Deus claves in manus tradidit: quem nunc per me, crede, te eadem gratia, qua me participem facere: quare quæcumque ligaueris, vel solueris super terram, erunt ea ligata, vel soluta, & in celis. Nonne depe. ebendis ex his, alterum una cum munere scriptum facile interpretandi, & barum intelligentiam a datore sapientie adunxisse: alterum vero una cum facultate solvendi, et ligandi, & intelligendi, innixisse, & pie in Iesum Christum Dei filium per eum credendi: Credite in posterum, quod sine obedientia erga Petrum, salvare non poteris. Et ture quidem: nam is est porta salutis: qui per eum in cognitionem fidei non ingreditur, id est, rotum agnoscat esse Christi Vicarium; non poterit unquam salutem confugi: nam ut Christus inquit. Ego sum ostium: qui non intrat per ostium, sed aliudcent alcentum parat; sur est & latro. Ita & Petrus eius successor dicit: qui non credit per me filium invisibilis Dei & Patris in carne gentium, qui passus est & resurrexit, & cetera dispensationis mysteria: hic hereticus est: & salvare nullo unquam tempore poterit. Hec igitur & talia tenentes, quorum reverte sunt omnes doctrinæ scripture; Ecclesiæ subiectum: in ea; permanens: & in obedientia eius persistere in omnia secula deprehendamus: ut propitium Deum nanciscamur in tremenda die retributionis: fiat fiat.

SECTio. 20. *Iam quoad eum scribi potuit, præstissimus, quod polliciti sumus; al-lata ad quinque articulos responsum, qui in decreto Florentine Synodi continentur. Conscriptum vero bœc à communib[us] patrib[us], ac doctrib[us], defuncta materia, quos Ecclesia sanctos esse decernit, illorum cœlestium insistendo; & qui bœc literis theologicis mandaue-runt, & inviduerunt, venuerunt suscipiendo: quibus Episcopus Marcus non valens in finendo contundere, & sui incertus, certamen de-trectauit. Persecutio autem hoc opus multo labore ac studio: propte-re a omnes, qui bœc perlegerint, oro, ne dolose, & cum præsumptione aut proprio effectu inducti, percurrant; sed sincera disputatione adhibita, suam conscientiam in dicem dictis præficiant. Arbitror enim e-um, qui hac conditione ad legendum acceperit: à morbo se vindicaturum, magnamq[ue] gratiam habitum ei, qui bœc edidit, & elabo-nuit, cum banc commentationem ex multis locis collegerm, & coag-mentarim. Ex amplius vero hunc laborem, ut dominus sit, qui oculata cognosit: non gloriam accipiunt temporiam, neque ep[iscop]i comparundarum gratia: sed pura, et pia mente, pro virili, veritati pa-tricinari exoptantes: que quidem isti, qui aperte sanctis contradicere nolant, liquido est demonstrata. Et ea præterea de causa hoc opus aggregi sumus: vt quod borum studiorum suat ignorari, et tamen de hoc dogmate ambigunt, nequamquam amplius excusationem offere pos-sint: se sententias, & dicta sanctorum plane ignorare. Ideo ex qua mihi visione est, volumen hoc rectum contexere: et respicere aliquando volentibus, veluti sumptuosum quoddam coniuvium apponere. Ec-clesia vero, sponsa immaculata, nulla fides, vel rugas ad uitentem. Sole lucidior, dñm apparebit, vt fuit, & est. Quinq[ue]nam dis-rumpantur, qui contra sentiunt: nam semper existit extirpere errore: ne que diuersas opiniones prædicauit; sed eadem illas, quas a diuino ore salvatoris acceptit. Rogo vos iterum b[e]nevolentes, & vt bœc cum charitate legatis, & spiritu fideli: ac, si vere est tanta visa fuerint: ijs af-sentiamini: si vero contra: confutetis, et scripta editis, nationes af-fenitis: vt et nos ijs perpenitus, sententiam nostram cum charitate di-camus: retrahentes nostras, vel delentes. Spero igitur Deo filius, qui pacis est pater, vos bis intionibus suis, veritati cœpuros: animi can-dorem & obedientiam Deo proflando, mutuoq[ue] accipiendo panecti gratiam & prudentiam. Nam et concedente, nulla mutatio vel immi-nutio nisi, & parvus erroris confoqueretur: neque orthodoxa veritas im-minetur; abicit: male enim milles mori, quam suadere vos, vt tan-tillum*

Cantic. 4.

tillum quidem à vere fide declinetis. Resipisciote rogo fratres, respi-fete: quandiu vos in hac falsa fassione perducebilib[us] s[ed] quando, si non utroque, alicet tamen pede claudicabit[ur]. Excusimini fruges: qui buoni reputis; exsurgat: ne dum vos malum somnum sterilitatis facile inimicus disseminet discordie zizaniam. Tidat[ur] paries, qui di-ramit secpem: flamus vnum corpus sub eodem capite. Est autem caput, ipse Christus: quem vt magistrum, ac viuē datorem, p[ro]te[re]t, et pura con-fientia sequendo, cognoscemus Deum & patrem eius: a quo ab æ-terno sine tempore, sine defluxi, & sine passione est genitus: Sancti-ssimum, & vivificantem eum Spiritum, a patre, tanquam a produc-tore, ab æterno, & a principio productum, & procedentem, & per eum emanantem, & securitatem essentia[li]ter & subsisterenter, & pro-decentem, & editum, & unam increatae potentiam, & sine fine re-gnum, immortalem vitam, & beatitudinem: quam, cotinam omnes conseq[ue]ntur, ne de via declinantes, in montes, solitudines, & foec-as delabuntur: & in loca, que non afficit lux, vultus domini nostri, & salvatoris nostri Iesu Christi: cui gloria & victoria in secula se-culorum. Hic[us] Gennadim.

Ex interpretatione Sacré Liturgie, etc. Multi sunt & apud Grecos, & apud Latinos, qui faciem Liturgiam interpretati sunt, eumq[ue] mysteria exposuerunt. Ex Græcis quidem Dionysius Areo-pagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. Maximus Monachus de Eccl[esiastica] my[tholog]ia: Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus, in libro my[tholog]ie contemplationis: Simcon Thebälonicus, in libro de septem Sacramentis: Ex omnibus autem doctissime & prolixissime Nicolai Cabasilæ, in libro de diuino altaris sacrificio. Ex Latinis, Robertus Abbas de diuinis officijs: Izydorus, Innocentius, Odon, Camencensis, Stephanus Aduenensis Episcopus, Walafredus, Strabo, de exordiis, & incrementis rerum Ecclesiasticarum; Bernus Angiensis Abbas, Magister Florus in sua Exegeſi, & alij infiniti, qui soli recte conuincere poscant nostris sculi errores, qui mis-eram, & novam, & recenter compositam, eis impudice affirmare non erubescunt.

DE SACRIS ORDINATIO-

NIBVS, QVAS GRÆCI
ΧΑΡΤΩΝΑΙ ονομαστικαν.

Caput XIII.

OVATVOR DECIMVS ARTICULUS docet Euangelium non ab alijs publicè legendum & prædicandum esse, sacraque mysteria dispensanda; quam ab his, qui ritè ad hoc ministerij genus ordinati sunt, quod quidem ita debere esse & nos ipsi agnoscimus. Sancta etenim Catholica Ecclesia, eos solum, qui legitimè sunt vocati, sacro item charactere canonice insigniti, atque iuxta Ecclesiasticam traditionem ordinati, ab omniq[ue] Hæresos suspitione alieni; & populum docere, & sacram Liturgiam administrare vult, atque permittit. Plurimumque illos errare docet, qui existimant nihil interesse, utrum hæc sacra & diuinæ mysteria ab his exercercentur, qui ex laicis ad eam rem ordinatis deligantur tantum; an ab his, qui ex sacerdotibus ritè & canonice consecratis & ordinatis, hinc muneri præficiantur. Ordinationes autem apud nos non alio modo sunt, quam eo, quem sacri nobis prescripserunt Canones. Et de Episcoporum quidem ordinatione primus Apostolorum Canon hæc docet: *Episcopus ordinetur à duobus vel tribus Episcopis. Presbyter vero ab uno Episcopo. Diaconus item, & alij eodem modo. Quod item ex Actis Apostolicis discimus. Erunt, inquit, in Ecclesia quæ est Antiochiae, Prophetæ & Apololi, Barnabas, Simeon, Lucius, Manaheus, & Saulus: ministrantibus autem illis Domino, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam, & Saulum, in opus ministrarij, ad*

Caput XIII.

rij, ad quod elegi eos. Ieiunantes autem ipsi, & orantes, impositis illis manib[us], donserunt eos: Vbi quinque legituntur præfentes viri: trefque, duos reliquos Saulum & Barnabam segregatos in ministerio munus ordinasse. Non licere autem secularibus principibus de Episcopis aut sententiam ferre; aut illis yeteri depravato more, qui à sanctis concilijs abrogatus est, manus imponere si. Canon Apostolicus docet. *Si quis Episcopus secularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsas obtineat; deponatur, & à communione separetur, & omnes qui illi communicarunt. Et quanquam 28. Apostolico Canone præcipitur, neminem duplice poena ob idem crimen puniri debere: ramen vel propter delicti magnitudinem, vel propter peccati, publicam deformitatem, duplex hoc modo irrogatur poena: omnique hac elec[t]io, tanquam impia, & sacrilega abrogatur: puniunturque omnes illi, qui in hac parte, vel alios coegerunt, vimque aliquam intulerunt, vel autores facti, quacunque ratione fuerint; prophaniisque merito & sunt, & esse decernuntur. Oportet enim cum, qui ad Episcopatus honorem prouochi debet, ut quidem sancti Patres in sancta Nicena statuerunt synodo, Canone quarto, ab alijs Episcopis deligi. Episcopum, inquit, conuenit maximè quidem ab omnibus, qui sunt in prouincia Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter iteris longitudinem; tribus tamen omnino in id ipsum convenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus; tunc ordinatio celebretur. Summa autem & ultima potestas, atque confirmatio earum rerum omnium, quæ in tota sunt prouincia, Metropolitano tribuatur: quæ omnia ex eodem quarto Canone, eiusdem primæ vniuersal[is] synodi Nicenæ decerpuntur. Sed & Laodicensis synodi 12. Canone, hoc idem his verbis explicat: Episcopos*

scopos non oportere, præter iudicium Metropolitanorum & finitimarum Episcoporum, constitui & ad Ecclesiæ principatum eligi; nisi eos, quos multò ante nota, probabilisq. vita commendauit: deniq. examinatos et in natione fidei, hoc est, num rectam et sanam doctrinam sequuntur, an secus, & in ipsis sane doctrina politia. Quibus item similia docet is. eiusdem synodi Canon. Illud adjiciens, neque vulgo aut popularibus hominibus electionem illorum, qui ad sacerdotalem dignitatem sunt euehendi, committendam esse. In quorum canonum expositione, illud scriptum legimus: Non tantum, inquit, vulgus aretur ab Episcoporum electione; sed etiam de ipsis sacerdotibus sententiam ferrari non permittitur: præsentiq. canone illud immutatur, quod non Episcopi tantum antiquitus; sed & reliqui sacerdotes a populo eligebantur: quod postea omnino fieret, prohibitum fuit, tanquam res inutilis ac plane pessima. Sed & 19. Canon Antiochenæ synodi, multa similia habet: tum de Metropolitanis, tum de eo, ut omnes Episcopi cius prouincie ab eo conuocentur, præsentiq. que adiuntur. Episcopus, inquit, ne ordinetur absque præfentia Metropolitanam prouincie. Par enim est, Metropolitanis suis collegas atque consertios adesse. Ideo debent per Epistolam Metropolitanam concordari. Et si quidem præsentes adfuerint omnes; longe melius esse: si autem difficile fuerit conuenire omnes, tamen vel maiorem eorum partem, omnino ex omni prouincia præsentem adesse oportet; vel saltrem per litteras in eandem sententiam conuenire: et sic vel conuentu plurim facio, vel saltrem plurim suffragis collectis, Episcopum constitui debere. Si quid autem secus præscriptum modum factum fuerit; nullus valoris ordinationem esse. Vbi vero omnia, ita ut dictum est, adhibita fuerint; contradicere tamen quispiam per priuatam contentionem velit; plurimum tamen consensus valere debet. Docet quidem eiusdem

eiusdem Zonaræ interpretatio: antiquitus ipsarum virium populos, Episcopos diligere solitos. Cum autem contentiones inde exorirentur maxime; ipsis deinceps prouincie Episcopis, ea tota diligendi & constituendi potestas Episcopi, concessa & concedita fuit. Non folium autem Episcopi, eo modo, quo diximus, alias Episcopos & Sacerdotes sacrorum canonum instituto colligebant atque consecrabant, & non Laici sed & ipsa Chirotonia nihil aliud sacris Canonibus designatur, quam eius, qui tunc consecrandi munus exercet, in alio consecrando diuinârum precum sacra administratio, ac Spiritus Sancti omnia perficiens initiatoria inuocatio, propter extensionem manus pontificis, tum cum illi quem initiat atque consecrat, benedicit. Quanquam ipse quoque sententia atque suffragia, quibus Episcopi vel Prelati eligebantur, nomine Chirotonie antiquitus appellari solebant. Nam cum penes ciuitatum populos, Pontificum deligendorum potestas fuisset, colligebatur tum in unum multitudo; & hunc quidem alij postulabant, atque eligebant; alij alium. Ut igitur plurium vinceret sententia, manus in alium illi qui suffragia frerant suffleuasse dicuntur; ut inde numerus cuiusque sententia dinumerari, ac facile perspici posset. Atque ita ille qui plurium refferebat sententias, ceteris anteserebatur, indeque à manus extensione nomen Chirotonie originem lumperit. Quo item nomine in codem sensu, magni illi veritatis duces sancti, inquam, qui synodus prærerant Patres, nonnunquam vsi esse inueniuntur, ipsas sententias & suffragia nomine Chirotonie appellantes. Quomodo sancta Laodicensis synodus Canonem loquitur. Non oportere Chirotonias in præfentia multitorum fieri, Chirotonie nomine ipsam per suffragia electionem intelligentes: nam consecrationem Pontificis, publicè multis præsentibus potius fieri oportebat. Ele-

*simile planè
euudem roci
notationibꝫ at-
que etimoloḡi
am aliebū ex-
pliātū Vlpiam.
Demostēni m-
terpres in fe-
rendis foſſa-
giꝫ; quibus
Atheniencis
huc eligebant
Megistratus,
quem hoc, vt
et rei ipsi i-
nitiationem, vt
extra mōles,
ad Ecclesiastī
casinētōnes
translatam fa-
isse exſtimā-
dam est.*

ctioni autem vbi sententiæ ferebantur; propterea, quod nonnūquam querelæ quedam & accusations contra candidatos proponebantur; nulli præter eos, ad quos sententiæ dicendæ ius pertinebat, interesse, ac ea quæ dicebantur, audire licuit. Et consecrationem quidem atque ordinationem, à duobus vel tribus Episcopis fieri debere, primæ synodi, quartus Canon iubet: ipsam autem per suffragia electionem à pluribus etiam. *Tres*, inquit, omnino in eundem locum congregatos ordinare oportet; absentibus quoque suffragium ferentibus, scriptisq; assentientibus, electionem fieri. Post diligens autem & exactum examen, multaq; tam recte fidei, quam morum gratuitatis, & vitæ integratissimæ, testimonia, demum dignos ordinari debere: indignos autem ab eo honore ac dignitate arceri, cum ex multis sanctis canonibus, Apostolicisque institutionibus clarum est, tum ex insigni illo magni quondam Theologi Gregorij Nazianzeni, quem pro se instituerat Apologeticus, longè evidenter constat: ex his inquam, vbi eos qui tanto honore sunt indigni, improbi ac planè prophani, veluti transitu quodam norat: eos autem qui & quales digni esse debent, mirè celebrat, suisque coloribus pingit, hæcque inter cetera cum magna adfert libertate. *Quotus* quidque est, qui si ad amissum eam, regulamq; seipsum exigit, quam Paulus de Episcopis & Presbyteris fixit; nempe ut sobrii & prudentes sint, non temulentii, non percursores; sed docendi periti; irreprehensibiles, atque bonis cœmodi, ut nullæ eos improborum calumnias attingere queant; non sese à normæ rectitudine permittant abesse comperiet. Et rursum. Primum, inquit, ipsum purgari oportet, tum alios purgare: primo ipsum infirmi, tum alios instituere: primum lucem ipsum effici Deoq; appropinquare; tum denum alios ad Deum adducere: primum sanctificari; tum denum alios sanctificare. Deinde illos appellans, qui

citò &

citò & negligenter, nec secundum id quod sancti canones præcipiunt, ordinantur; hæc in medium adfert: *Quis* est ille, qui veritatem Antistitem & propaginatorem unius dieculæ spacio, velut simulacrum ex argilla fingit? illum, inquam, qui cum angelorum classe atque ordine futurus est: qui cum archangelis Deum celebrabit: qui ad supernum altare sacrificia transmittit, simulq; cum Christo sacrificio fungitur. Et iterum. *Qui* nibil inquit, dignum sacerdotio fecim adserunt, discipuli simul magistrisq; pietatis designantur, alios autem purgant; quam ipse purgati fuerunt: beri extra sacra; hodie sacrorum arbitrii & Antistites, veteres vitio, pietate rudes & recentes. Quorum dignitas & vocatio gratiae potius & favoris humani; quam Spiritus sancti inspirationis opus esse videtur. Eos procudublio, qui improbi, & indigni, in eos honoris euhætior, notans & proscindens, simul autem quales oporteat esse illos in veritate, qui serui idonei & ministri, Iesu Christi futuri sunt, docens atque subiiciens. Amplius autem & eos magnopere fugiendos & auersandos esse; qui aliqua se hæreti contaminarunt 44. Canon Apostolicus diligenter admonet. *Episcopum vel Presbyterum, qui hæreticorum baptismum, vel sacrificium admiserit, deponi invenimus. Que enim est conuentio* 2. Cor. 6. *Christi cum Belial?* vel quæ pars fideli cum eo qui infidelis est?

*NEQUE PRECES NEQUE
OBLATIONES, NEQUE DIES FE-
STOS, NEQUE ALIA DONARIA;
corrupta vita, & moribus ministro-
rum, vitiare.*

Caput XV.

tacobi. 6.

DE QVINTO DECIMO A V-
tem Capite, quod Ecclesiæ ministros
innoxios, & irreprehensibiles esse
debere docet: vitamque honestam
& inculpabilem sequi: preces item,
atque ea que offeruntur, diesq. fe-
stos & reliqua, que quasi ad capu-
nandam gratiam comparata sunt: pecuniam item ex
alienis peccatis corradiendam, remq. faciendam, aut ali-
quid aliud, nihil omnino ad salutem conferre traditum illud
dicitur, sive de tota hac re statuimus. Quemadmodum illi,
qui ita Deo ministrant, proficiunt nihil; nisi
irreprehensibiles, atque sine crimen, quantum homini
licet, sint: puri item & innoxij: per omneq. tempus, tan-
quam sub iugo disciplinae quodam vivunt, in omni mo-
deratione & sanctitate vitæ degentes, suumque munus
exercentes; ita preces ipsas, sacrificia, oblationes, festos
item dies, que iuxta beneplacitum Dei, eiusq. amore
sunt: ad laudem præterea illius, memoriamq. eorum,
qui illi à seculo placuerunt, referuntur: ad excitationem
& imitationem virtutis, ac præclarè ab illis gestorum,
recte & conuenienter fieri, magnamque utilitatem ani-
mabus nostris adserere, affirmamus. *Mitudo enim*, in-
quit scriptura, *valet deprecatio in isti: multa que profici in*
illis, qui fideles Dei, gratia digni sunt. Ut quidem D.
Chrysostomus expонens Epistolam ad Hebreos, inquit:
Iusti, inquit, homines, una saepius postulatione, omnia apud Deum lucrantur: & ad Philippienses item: *Procuramus inquit, aliquid auxiliij illis, qui ex hac vita deserentur: modici quidem, openantamen illis feramus.* Quomo-
do autem & qua ratione? *Ipsi inquam pro illis exorantes, alijsq. ut hoc idem agant, persuadentes: pauperibus item*
afsidue

Caput XIII.

167.

afsidue pro illis aliquid impartientes; habet enim ea res non
exiguam quandam consolationem. Audi siquidem quid Deus dicat: Protegam ciuitatem istam propter me, et propter
David seruum meum. Si memoria dunitaxat nufi tantum
valuit; quando et opera pro tali sunt, quid non poterunt? Non frustu ab Apostolis sanctum est, ut in celebratione
venerandorum mysteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc
decesserunt. Noverant enim illis hinc multum emolumen-
ti fieri, multum utilitatem: stante siquidem universo popu-
lo, manusque ad eis extende, caru item sacerdotali,
mundoque posito sacrificio; quomodo Deum non placabim-
us pro ipsis orantes? Nam ita vult Deus, ut nos imicem
iuuenimus. Sanctis autem meritos honores à nobis de-
beri, eosq. omnino recipiendos & venerandos esse, tum
temporis eorum, ut offeratur, iustum esse, ille qui Deus *hanc*
existens, nostra causa homo factus est, nobis præcepit:
Qui inquit vos accipit, me accipit. Vnde Chrysostomus
præclarè: *Quemadmodum inquit illis, qui in acie stant,*
atq. depugnant, ab his qui pace fruuntur, in bellumq. ipsi
*non profiscuntur, stipendia debentur; pro his enim mili-
tant illi; idem inquit nos de sanctis Dei cogitare suffitum est.*
Quomodo enim non absurdum erit, his quidem, qui terre-
no regi militant, stipendia et commeatus liberalissime per-
*soluti: illis autem qui celesti regi milites sunt; quiq. lon-
gè molestiores, potentioresq. hostes in se sustinent, pro no-
bisq. Deum exorant; et ad quos in omni tempore nostro ne-
cessario, cum precibus nostris quotidie, res necessarias pe-
titur, configimus; cuius inquam fuerit ingratitudini: nihil item ex facultatibus nostris, neque in eos ipsis, neque in
eorum tempore, eosque homines, qui tantorum virorum se
seruitiis dediderunt, conferre: nullamque partem libera-
litatis et munificientia nostræ, illis declarare: neque eos e-
leemosynis nostris alere? Orare item quotidie, Deum
que deprecari, populo Christiano, & vtile & necessari-
um esse:*

tim esse : ab eo quæ officio , nullum excipi , Saluator ipse ,
dum communem omnibus formulam orandi præcibit ,
Matth. 6.
docet : *Quando inquir ouueritis , dicit : Pater noster :*
etc. Et : Hoc inquit genus dæmoniorum non exicuit nisi
ouatione , et ienuno : & alijs multis similibus. Et Paulus
Matth. 17:
1. Tim. 2:
ad Timotheum : *Obsecro igitur primum omnium fieri ob-*
secrationes , orationes , postulationes , gratiarum actiones , pro
omnibus hominibus , pro regibus , et omnibus , qui in subli-
mitate sunt ; ut quietam et tranquillam vitam agamus , in
omni pietate , & castitate. *Hoc enim bonum & acceptum*
est coram salvatore nostro , qui omnes homines vult saluos
fieri , & ad agnitionem veritatis venire. Sacerdotes
demum , ut honorentur , dignum & iustum esse , docet
amplius D. Chrysoftomus , tanquam communis , inquit ,
pater est totius uniuersi sacerdos. *Ab omnibus igitur æ-*
quum est illum honorari , eiusq; curam haberri. *Sacrificia*
enim Deo pro toto offert uniuerso. Preces eodem modo ad
Deum fundit , pro regibus , atque illis omnibus , qui in subli-
mitate positi sunt ; ut borum salus et incolumitas nostra
tranquillitatis & securitatis sit causa . Ad nostrum siquidem
veritatem Deus ipsis etiæ magistratus ordinavit . *Ab-*
sur dum igitur & ministrum est , illos quidem pro nobis bel-
la gerere ; nos autem pro illis Deum , neque per nos ipsos ,
neque per sacerdotes item nostros exonare. Et rursum dicit
idem D. Chrysoftomus : *An , inquit , ignonatis scriptum esse ,*
sancuum Iob pro filiis cõmunitibus , quotidae sacrificia ob-
tulisse ? atque hac natione peccata eorum expiasse ; ne quid
forte peruersi cogitarent in cordib; suis ? Et alio loco .
Scitote , inquit , tanquam Christi discipuli ; quod omnes :
pro publica pace & tranquillitate uniuersi mundi , pro o-
mni item felici sucesu , id facimus : regnumq; eius queri-
mus , ipsamq; tanquam pulsam , ut propter visceria misere-
riora sua , nobis illam Deus aperiat , ad eamq; ex qua
olim excidimus felicitatem , nos reducat . Et rursum . *Est*
quidem

quidem res utilis atque salutaris sanctorum precibus nos
commendare ; sed ita , si item nos ipsi in opere simus ; si i-
tem et ipsi oremus : nam alia ratione , si quoniam si ociosi ipsi
simus ; nullam inde referemus utilitatem . *Nequis enim*
obscurum est , quid Hieremie pro ignauo & flagitio popu-
lo ore volenti , reffusionem est. Ter hic in causa populi
ad Dominum supplex accesserat : ter item audiuit . *Ne o-*
res ; non enim exaudient te. Si , inquit , steterit pro illis
Noe , Iacob , & Daniel non liberabo illos ; si quidem multum
iam eorum præaluit malicia. Quid igitur , dicit aliquis ,
necessitate est alios pro me exorare , si ipse Deo gratus
& charus sum ? nequaque hoc dicas o homo . Multis
enim precibus , multis depreciationibus opus habemus .
Audi enim ipsum Dominum dicentem . *Deprecabisur , Levit. 4:*
ingredi pro vobis sacerdos , & remittentur vobis peccata
vastum : Et alia his similia quam plurima . Que , si quis diligenter
perquirit , plenam & confortam talibus reperiet
totam sacram scripturam . Similiter autem & illa omnia ,
que Deo votis redduntur , sunt illi acceptissima . *Vt Psal. 85:*
uite , inquit David , & reddite : quomodo Anna Samue-
lem Deo vovit , & reddidit ; & alia sexcenta his similia .
Sic item & festos dies celebramus , honorantes sanctoros ,
tanquam Dei amicos , iuxta magnum Daudem . *Mabit , Psal. 138*
inquit , nimis honorati sunt amici tui Deus ; nimis confor-
tatus est principatus eorum. Nisi enim sacras preces , Li-
turgias , dies festos , & his similia non caputantes , sed
Deum pie timentes peragimus ; que quidem omnia si-
dei sunt consequentia , praेclaraque opera ; gens que-
dam absque Deo esse putabimur , que Deum non time-
at , & que à fide viua , que in omnibus principem locum
tenet , ac quasi familiam ducit , sit alienissima . Sublati
enim rebus illis , que rem aliquam necessariò natura sua
consequuntur , fructusq; eius quodammodo sunt , quantum
in nobis est ; illud ipsum , quod principale est , aufer-
Y ri oport

ri oportet. Necesse item est illum, qui verbo præfet, & doctrinæ, iuxta magnū Basilium, cum omni circumspectione & examine, Dei voluntate, tanquam certissimo scopo sibi proposita, omnia agere & dicere; vt vel illis ipsis, qui eum sequuntur, illique erediderunt, vitam suam prober, siueque ab his integratibus referat testimonium: iuxta illud Pauli: *Vos inquit, testes estis, & Deus, quan sancte, & infste, & sine querela, vobis, qui credidistis, affinius sit et ipsi recte scitis.* Porro, si contigerit in dignos ministros nos habere, Dei tamē vis & gratia est, que omnia operatur, vt quidem vniuersus testatur Theologorum chorus.

ANNOTATIONES.

Quemadmodum illi qui Deo ita ministrant, etc. *Iudei sensus est Nicolai Cabafise, ex quo hoc defuncta esse videtur. Cuicunque haec ex Cap. 34 hoc loco apponere libuit.* Sacerdos autem postquam omnibus ea, que per eft orauerit, etiam pro se orat, vt à donis sanctificetur. Quanam sanctificatione? vt accipiat remissionem peccatorum. Hoc enim est donorum principale officium. Et unde nam potest hoc sciri? Ex ijs que dominus dixit, Apostoli patrem ostendens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Et in calice similiter. Memento, inquit, Domine etiam meq̄ indignitatis, & condona multi omne delictum voluntarium & inuoluntarium. Et ne propter mea peccata prohibueris gratiam sancti Spiritus à donis propriis. Remissionem peccatorum dat sanctus Spiritus ijs, qui sunt donorū participes. Haec, inquit, gratia, in me ne prohibeat ex donis propter mea peccata. Dupliciter enim dicitur gratia operari in preteriosis donis. Vno quidem modo, per quem ipsa sanctificantur. Alio, per quem gratia nos per ipsa sanctificantur. Primo ergo modo, in donis gratiam operari, nullum potest humanum malum vetare. Sed quemadmodum corum sanctificatione, non est humana virtus opus: ita nec fieri potest, vt can hominū vitium prohibeat. Secundus autem nostro etiam studio & diligentia indiget. Nos enim gratia per dona sanctificantur, si nos ad sanctificationem aptos

nem aptos & accommodatos ceperit. Sin autem in nos imparatos inciderit, nec villam utilitatem attulerit, & plurimum etiam detrimentum damnumque dederit: hanc gratiam, fiae est solum remissio peccatorum, que cum illa etiam aliud donum datur; ijs, qui cum pura conscientia sacram hanc Coenam sumunt, orat facerdos, ne à donis prohibeatur, vt que posset prohiberi per humanum vitium. Hanc facit orationem etiam paullò post cum vniuersa communiter multitudine.

*OMNI MAGISTRATUI A
DEO CONSTITUTO PAREN-
dum esse.*

Caput XVI.

SEXTODECIMO LOCO docetis, non licere populo Christiano alij præfesse, atq; imperare: pœnas item secundum leges fontibus irrogare: atque omnino alij Recipub. negotijs felicē immiscere. Nos autem illud dicimus: obediere, subiectosque oportere nos, omni potestati, atq; magistrati: non modo bonis & rectis tantum, sed discoloris etiam: & ea omnia, que ab illis legibus sancta sunt, sancte & incontaminata seruanda. Aliter autem Deo, magis quam hominibus obtemperandum esse. *Qui (dicit alio loco scriptura) resistit omni potestati, iudicium accipiet.* Et rursum. *Qui potestati resistit, Dei ordinatione resistit.* Quo Rom. 13. modo item corum contumelia, qui illis non parēt, quos ipse Dominus misit, non in his solum confisit, sed in illum ipsum amplius fertur, qui eos misit: maiusque iudicium isti, quam illi, qui in Sodoma & Gomorra perierunt, reportabant. Dicit enim Dominus: *Qui accipit Matth. 10. vos; me accipit.* Et qui unum ex his, quem ego mittō, recipit Joann. 13. *pit, me*

*ij**pit, me*

*Luce 10.
Matth: 10.*

1 Thess: 4.

*pit, me recipit. Qui vos audit, me audit: & quicunq. vos non receperit, neq. audierit sermones vestros; excusent foras de domo vel ciuitate, excutite puluorem de pedibus vestris. Amen amen dico vobis, tolerabilis erit terra Sodomorum & Gomorræ in die iudicij, quam illi ciuitati. Et Apostolus. Quis inquit, vos spernit; non hominem spernit, sed Deum, qui dedit spiritum sanctum suum in nobis. Oportet igitur nos non ciuilibus tantum magistratibus obedire; sed Apostolis etiam ipsis, atq. doctribus, sacræque scripturæ spiritu sancto plenis interpretibus parere: neque illis per minas & terrores aliquos obsistere, aut aliquo paecto aduersari. In ea autem parte, qua eos, qui sua omnia vendiderunt, damnatis; mundumque, & ea, quæ in mundo sunt, salutis suæ causa relinquerunt: in eo item, quod Euangelium non de temporalibus, sed de aeternis tantu rebus omnia præcipere dicitis; & quod solam perpetuam cordis iusticiam illud prædicet: ac ita omnino totum intelligendum & interpretandum esse putatis. Hoc quidem nulla ex parte recipimus: sed Dei Ecclesiæ doctorem interpretatione sequenti dicimus, illud Euangelicum diutum clare scripsum explicare: *Vade, inquit, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis; et tum veni & sequere me.* Quod nos neque allegoricè, neque per villam figuram, sed simpliciter, & ad sensum, vitamque & mores relatè dictum putamus. Hic enim ipse, qui eam quæstionem proponerat, existimabat eum modum & rationem vitæ æternæ conçéde fibi Dominum demonstraturum atque subiecturum; per quem sempiternum in vsu & postfusione bonorum suorum vivitus esset. Vbi autem longè alius Christus Dominus, quam ille vellet, respondit ipsi, plasmique bonorum omnium abrenunciationem, vitæ æternæ comparandæ aucto-rem & administratam esse dixit; tum demum yeluti & sua interro-*

Matth: 19.

interrogatione, & Domini responsione damnata, aufugit: & vide quid interrogans dicat: *Hoc omnia seruauit in inuentu mea.* Dominus verò id quod caput continet causam subiicit: ipsam inquam paupertatem: *Vade, inquit, & vende omnia:* nam si quid tibi reliquum feceris, illius seruus facile euades. *Et da, inquit, pauperibus, & sequere me:* hoc autem est, in reliquis item omnibus, sis meus discipulus semper, & vbiq. me sequaris: non vt hodie meus sis discipulus, mesque præceptis adhæreas, cras autem me relinquas, ad tuaq. redreas; sed constans, & idem, repudiatis omnibus in curfu vite, & imitationis meæ perfite. Hoc ipsum enim esse verè & ex animo regnum coeleste quærere, cuiusque de fiderio duci; docet magnum illud orbis Christiani sydus Chyloftomus. *Præpeditur enim, inquit, quasi majori quodam affectu ille, qui vult perfectus esse, auaritia atque duxitiarum studio: si vero, ea, quæ habet vitæ æternæ causam vendiderit, ac in pauperes erogarit, non aberrabit, sed vita æterna, iuxta Domini promissa, perpetuis potietur temporibus.*

DE CONSVMATIÖNE MUNDI.

Caput XVII.

ECIMVMS EPTIMVM
Caput Confessionis vestre docet; in fine & confumatione seculi, ipsum Christum Dominum venturum, viuosque simul & mortuos iudicatum: & pijs quidem & honestis viris, vitam sempiternam gaudiumque perpetuum; prauis autem & impijs hominibus, suppli-
Y iii cium æ-

cium eternum redditurum: eamq. ipsam puram & putram veritatem esse vobis libenter affirmitur. Quicunque autem, vel ipsorum præriorum, vel pœnarum finē aliquem futurum esse dicunt; vel Iudaicas opiniones, aut potius fabulas denuò inducunt, dicentes: Ante ultimam mortuorum resurrectionem sanctos & pios homines in hoc mundo regnatores: hi planè delirant; inde quæ merito ipsoſ aurasfamur, ac veluti fabularum & nouitatum autores condemnamus.

DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

Caput XVIII.

DE C I M V M O C T A V U M C A-
put à vobis propositum, liberi arbitrij rationem explicat: de quo ita sentimus. De his quidem, quæ in nobis sunt, rectè à vobis dicitur: de illa vero parte, ybi docctis, sine auxilio dei saluari posse neminè, ita statuimus. Non ignorare & nos Dei gratia & auxilio primò & precepit in omni re nos opus habere, secundum quod à Christo dictum est: *Sime me nihil potestis facere.* Sed simul item sanctorum doctorum, ac diuinæ scripture interpretationem dicta & interpretationem, qui nunquam à verò facræ scripture sensu & scopo aberrarunt: ut potè illi, qui à Spiritu sancto edocti, lucem perspicuitatis sacræ addiderunt scripture, nosque in omnibus piè & sanctè erudierunt, in omni re sequimur. Docte igitur D. Chrysostomus, gratiam, etiamli gratia sit; volentes tamen solos saluare. Quomodo idem expomens Episto-

Promi: 12. in Cap: 7.

Iam ad Hebraos, in quodam morali, dicit. Oportet, inquit,

Caput XVIII

quit, in omnibus nos custodiare, atque magnam cautelam adhibere, ne aliquando obdormiamus. Ecce enim dicit Psaltes. *Non dormitat, neque dormiet, qui custodit Israhel.* Et ibidem. *Ne des in commotionem pedem tuum. Non dixit, ne commonearis; sed, ne des in commotionem pedem tuum. Igitur in nobis & non in alio situm est, dare pedem nostrum in commotionem, vel omnino firmum, ne commoneatur tenere. Si enim voluntarius firmiter stare, & si constanter gressum fixerimus, non commovebitur. Quid igitur est mhdine ad Deum referemus? inquit omnia ad eum referenda sunt. Non tamen ita, ut non simus liberi arbitrij sua integritas conferuerit. Si ergo in Deo omnia inquit; cur regia multarum rerum item causam & principium nos esse dicit? Non aliam certè ob rem; quam ne liberum nostrum in aliqua parte ledatur arbitrium. Ex nobis igitur res nostræ dependent, & ex illo. Nam et nos primum ea, que recta & honesta sunt, velle oportet; tum ille ea, que sua sunt, benignè & munificè confert. Sequitur autem ille, non antecedit nostras voluntates; ne in aliquo labefactetur nostrum arbitrium. Verum ubi nos id quod rectum & honestum est elegerimus; tum & ipse plurimum nos iuvat, praesens fert auxilium. Quid igitur ad illud Pauli dicemus. Neque volentis, neq. cur-
Rom: 9.
rentis esse, sed miserentis Dei. Primum, inquit Chrysostomus, non ex suo sensu, sed ex eo, quod ante proposuerit, loquitur: & concludit Paulus, quasi ex certis præmissis. Cùm enim dixisset, scriptum esse: *Miserebor, cui misertus sum;* et misericordiam praestabo, cui miserebor: tanquam id, quod ex ea scripture videbatur sequi, subiicit. Non volentis igitur, neque currentis, sed miserentis est DEI. Quod si sic explicetur; quid amplius desideremus, non video. Deinde illud ad eandem rem cum eodem Chrysostomo dicere possumus. Cuius id, quod mains est, exstitit; eius totum esse dicitur. Cùm igitur nostrum sit velle & eligeret,*

vere, Dei autem completere, & ad perfectionem deducere ; quia illus est, quod maius est ; meritò yu cōmuni dicendi totum suum esse dixit, sic enim & nos facere solemus. Verbi gratia. Edificium aliquod præclarè exstructum & identes, d. cimus hoc totum opus huic vel illius artificis esse, & si non totum eius est, sed & operarum, & eius qui materialē præbet Dominus, & aliorum plurimorum : quia tamen plura ab illo conferuntur s; meritò totum illius esse datur. Sic etiam & hoc similiter. Sed & in multitudine eodem modo, cibi plurimi sunt, omnes esse dicuntur, & cibi autem pauci, nullus. Sic igitur & Diuus Paulus dixit. Neque volentis neque currentis esse, sed miserentis Dei. Duo autem hoc loco non parvi momenti perficit, & corrigit. Non quidem, ne unquam ex bonis operibus nimis effeatur: sive, inquit, currat, sive contendat, non putet illud quod rectè factum est, trahi esse. Nisi enim supernum auxilium adfuerit, frustra laborabis. Quod tandem èd, quò tendis, peruenias, clarum est ; quòd currente do & veleno, id asecuraris. Non sic igitur dixit, nos frumenti cur rere : sed ita deum, si totum nostrum esse futamus ; si non maiorē partem rerum nostrarum ad Deum referimus. Neque enim Deus ipse totum suum esse voluit ; ne videatur nos frustra, & sine legitimo certamine coronare : neque item nostrum ; ne in superbia incidiamus. Si enim minimam partem habentes, tamen alta sapimus : quid si totius operis nostri domini essemus, quid non faceremus ? Ad quam animi infelicitatè & arrogantiā extirpandam ; & hac, et multa alia similia Dens fecit, et dixit. Verum iterum dicet quis. Quid hæc ? quotum, inquit, hoc ? Ergo, si quid forte cum honestate coniunctum fecerimus, superbiemus : ac ad ipsum celum animis effere-
sermo: 8. in mur : Iterū igitur Chrysostomus ad Philippenses inquit ; Cap. 2. Dum aliquid rectè facimus, tum letemur. Deus enim, inquit, est, qui operatur in nobis. Tanto igitur studiosius attenda-

attendamus nobis : neque nimis efferumur ; si quidem hæc talia Deus operatur in nobis. Si igitur ipse operatur, ut & nos voluntatem exhibeamus simul applaudentem, complecentem, & minime effulgam. Si vero voluntatem in nobis ipse operatur ; quomodo nos ad id quod bonum & honestum est, adhortari si. Etenim si ut velimus ipse facitis, frustra nobis dicit, obeditis ; non enim obediens : frustra dicit, in timore ac tremore opereris salutem ; si totum Dei est. Non ad hoc igitur dixit, Deum esse operantem in nobis, & ut velimus, & ut operemur ; sed ut solicitudinem nostram reluet, & metum refrænet. Audi, inquit, si volueris tunc operabitur, ut magis velis, et promittitudinem ipse nobis dabat, et operundi efficaciam. Quan-
HAYEK LIBRARY
do enim voluerimus ; voluntatem ipsam nostram postea magis adauget. Ut potè, volo quidpiam boni operari : bonum istud, p; operatur, & per seipsum etiam voluntatem. Quod admodum enim, cùm ipse bona opera, dona Dei dicit, non deiecit nos a nostro libero arbitrio ; sed illud in nobis integrum conseruat : ita quando dicit, operatur in nobis, & velle & perficere, non asefert a nobis arbitrij libertatem ; sed ostendit quod ipsum virtutis exercitum, magnum nobis calcar, magnam promptitudinem ad rectè faciendi voluntatem adfert. Vt enim ex opere nascitur opus ; ita ex o-
cio trahitur ocium. Deditis cleemofynam : incitaris magis ad dandum : non dediti, pigroces magis : temperante transfigisti unum diem, babes profectum in alterum : ignauè te gesisti : auxisti segnitiem. Impius enim, inquit, cùm prouer. 18. in profundum malorum venerit, contemnit : sic et natus, ubi in arcem iustitiae conciderit, tum magis ac magis porrò contendit, et asefert. Vt enim ille desiderata quadam, ignorauit efficiuntur ; ita iste considerata bonorum multitudine, diligenter redditur ; veritus ne totum perdat. Pro bona, inquit, voluntate, hoc est, propter dilectionem, propter placiti ipsius comitatem, ut quæ ipsi placent fiant, et iuxta voluntate-

Voluntatem ipsius omnia exequantur. Vides Deum omnem ex parte operari. Vult enim nos iuxta voluntatem suam vivere. Si autem vult, ad hoc certe nobis ipse cooperatur; hoc quod ipse omnino perficit: vult enim ut recte vivamus. Vides, quomodo non auferit arbitrio libertatem; omnia inquit, facite sine murmurationibus, et disceptationibus. Diabolus enim, ubi nequit nos ab eo quod rectum et honestum est abducere; alia via conatur mercede nostram exanimare: aut enim vanam gloriam, aut arrogantiam nobis persuadet: aut si nihil horum, murmurationem: vel si neque hanc, cum disceptationem, atque censuram morum atque dogmatum, num recte feliciter ait Iesus se habeant. Quibus omnibus gratias est diuinitas proposita pœna, grane exitium. Nam & mores veteres nos sequi oportet, & sacre scripture interpretibus parere & subiici necessarium est. In quo enim spiritu locutus est Paulus, in codem Petrus & reliqui: in codem item sancti Antifites & sancti Hierarches nostri, Basilius magnus, Gregorius Theologus, Ioannes Chrysostomus, ac vniuersus ille sanctorum Patrum chorus; prælucenes tanquam clarissima quadam lumina mundi, verbumque vitæ elucidantes, & ea, que sacra & diuina sunt nobis annunciantes, haecque nobis omnia summa fide & integritate enarrantes. Rursum igitur in Homilia 6. in dem D. Chrysostomus, ad Timotheum hunc in modum 21. Tim. Cap. 2. dicit: Si ergo quis emundauerit se ipsum; erit vas in honorem et sanctificationem. Vides, inquit, sed non natura, carnalisque necessitatibus sit, aureum aut fictile vas effici; sed nostra tantum modo voluntatis, id est dum sic sumus in hac vita. Ibi enim neque fictile vas, aut cum fieri potest, neque hoc item in illud commutari; at vero dum hic sumus, magna huius mutationis, et conformatio[n]is facultas voluntati datur. Vas erat fictile Paulus; et euasit in aureum. Iudas vas fuit aureum; sed in fictile conueritus fuit. Et alio loco exponens illud Pauli ad Ephefios: *Gaudia Dei salua ti sumus, ait: ne beneficiorum magnitudo te extollat*, vide quomodo te reprimat. *Gratia, inquit, Dei salvati estis per fidem.* Deinde me rursus libera voluntatis facultas ledatur; posuit et ea que nostra sunt, que tamen ipsa ex nobis non esse docuit, non, inquit, ex nobis, additum statim. Nam neque fides, inquit, ex nobis; nisi enim ipse nos vocasset, quomodo credere possemus. *Dei igitur donum est*, neque ipsa tamē fides ad salutem sufficit; sed ne vacuos ociososque nos saluet, requirit eam, que per dilectionem operetur. Sed et hoc ipsum Deordonum est, ne quis glorietur. *Etrursum* cum dicit: *Nec enim ex operibus iustificari; hoc ideo facit, ut hoc facta gratia et benignitas Dei illustrius appareat.* Ac si diceret: opera habentes non est aversatus; sed ab operibus destitutos gratia saluantur. Verum ne quis iterum domum audit; non ex operibus, sed ex fide nos iustificari, gaudens et ociosus reddatur; vide quid jubunq[ue]: *Ipsius enim facta sumus, creati in Christo IESU ad opera bona*, que prepanauit Deus ut ambulemus in eis. Constanti enim & perseveranti virtute in hoc certamine opus est; sine qua, nihil ex his rebus que dictæ sunt, nos quicquam iuare potest. Seruare enim nos ea omnia oportet, que nobis Christus Dominus praecipit: ac ne minimum quidem ex illis transgredi: ut hac ratione, nostra fides excellenti virtute se se commendet, ac quasi in lucem conspiciendam proferat.

ti sumus, ait: ne beneficiorum magnitudo te extollat, vide quomodo te reprimat. *Gratia, inquit, Dei salvati estis per fidem.* Deinde me rursus libera voluntatis facultas ledatur; posuit et ea que nostra sunt, que tamen ipsa ex nobis non esse docuit, non, inquit, ex nobis, additum statim. Nam neque fides, inquit, ex nobis; nisi enim ipse nos vocasset, quomodo credere possemus. *Dei igitur donum est*, neque ipsa tamē fides ad salutem sufficit; sed ne vacuos ociososque nos saluet, requirit eam, que per dilectionem operetur. Sed et hoc ipsum Deordonum est, ne quis glorietur. *Etrursum* cum dicit: *Nec enim ex operibus iustificari; hoc ideo facit, ut hoc facta gratia et benignitas Dei illustrius appareat.* Ac si diceret: opera habentes non est aversatus; sed ab operibus destitutos gratia saluantur. Verum ne quis iterum domum audit; non ex operibus, sed ex fide nos iustificari, gaudens et ociosus reddatur; vide quid jubunq[ue]: *Ipsius enim facta sumus, creati in Christo IESU ad opera bona*, que prepanauit Deus ut ambulemus in eis. Constanti enim & perseveranti virtute in hoc certamine opus est; sine qua, nihil ex his rebus que dictæ sunt, nos quicquam iuare potest. Seruare enim nos ea omnia oportet, que nobis Christus Dominus praecipit: ac ne minimum quidem ex illis transgredi: ut hac ratione, nostra fides excellenti virtute se se commendet, ac quasi in lucem conspiciendam proferat.

DEVM NON ESSE AVTO REM MALORVM.

Caput XIX.

DE C I M O N O N O I G I T V R L O C O docetis; causam peccati penes nos, malamque voluntatem nostram, atque electionem esse; deum autem nullo modo ullius mali causam existere. Quod

Homilia 6. in dem D. Chrysostomus, ad Timotheum hunc in modum 21. Tim. Cap. 2. dicit: *Si ergo quis emundauerit se ipsum; erit vas in honorem et sanctificationem.* Vides, inquit, sed non natura, carnalisque necessitatibus sit, aureum aut fictile vas effici; sed nostra tantum modo voluntatis, id est dum sic sumus in hac vita. Ibi enim neque fictile vas, aut cum fieri potest, neque hoc item in illud commutari; at vero dum hic sumus, magna huius mutationis, et conformatio[n]is facultas voluntati datur. Vas erat fictile Paulus; et euasit in aureum. Iudas vas fuit aureum; sed in fictile conueritus fuit. Et alio loco exponens illud Pauli ad Ephefios: *Gaudia Dei salua ti sumus,*

in Cap. 2. *ti sumus, ait: ne beneficiorum magnitudo te extollat*, vide quomodo te reprimat. *Gratia, inquit, Dei salvati estis per fidem.* Deinde me rursus libera voluntatis facultas ledatur; posuit et ea que nostra sunt, que tamen ipsa ex nobis non esse docuit, non, inquit, ex nobis, additum statim. Nam neque fides, inquit, ex nobis; nisi enim ipse nos vocasset, quomodo credere possemus. *Dei igitur donum est*, neque ipsa tamē fides ad salutem sufficit; sed ne vacuos ociososque nos saluet, requirit eam, que per dilectionem operetur. Sed et hoc ipsum Deordonum est, ne quis glorietur. *Etrursum* cum dicit: *Nec enim ex operibus iustificari; hoc ideo facit, ut hoc facta gratia et benignitas Dei illustrius appareat.* Ac si diceret: opera habentes non est aversatus; sed ab operibus destitutos gratia saluantur. Verum ne quis iterum domum audit; non ex operibus, sed ex fide nos iustificari, gaudens et ociosus reddatur; vide quid jubunq[ue]: *Ipsius enim facta sumus, creati in Christo IESU ad opera bona*, que prepanauit Deus ut ambulemus in eis. Constanti enim & perseveranti virtute in hoc certamine opus est; sine qua, nihil ex his rebus que dictæ sunt, nos quicquam iuare potest. Seruare enim nos ea omnia oportet, que nobis Christus Dominus praecipit: ac ne minimum quidem ex illis transgredi: ut hac ratione, nostra fides excellenti virtute se se commendet, ac quasi in lucem conspiciendam proferat.

quidem à vobis præclarè, verissimèque dicitur. Expositus enim D. Chrysoftomus Epistolam ad Timotheum dicit: *Sciás, inquit, Deum omnia gubernatione sua mortali deari, omnibus rebus prouidere: et alia quidem ipsum per Timot: Cap: 3 se efficere, alia vero fieri permittere, nihil malis velle fieri.* Bona autem omnia ex voluntate nostra, et illius adiutorio, proveniunt, nihil ipsum latere; omnia autem mala, a nostra proficiunt voluntate. Prenuntur inisti, ut conseruentur: peccatores vero, ut pñas persoluantur. Neque tamen aut omnes improbi hinc plectuntur; ne resurrectioni plerique non credant: neque omnes item iusti calamitatis duexantur; ne quis improbatum vñtem, et laudabilem esse futet. Quae omnia, si recte nobiscum expendemus; nihil profectò erit, quod nos in hac vita valde perturbare posset. Si item facius scripturas aſiduè audiemus; inueniemus profectò ex omnia, quae nos ad salutem mirificentur.

In Morali Ho: 10 c: inſtruere poſſunt. Et paullò post progressus, inquit, milie 9. in 2. in nobis fitum est, ex ipsis rebus aduersis, lucrari, iacturamq; perferre. Non hoc facit tristium eventuum natura, sed noſta voluntas. Multa pertulit Job: quare sustinuit omnia, iustificatus est: multò minora aliis; sed blasphemauit, sed indignè tilit, maledixit, in Deumq; commotus est, ideo iudicatus et damnatus est. Fortigiter et magno animo opus est, et nihil graue nobis, durumq; esse videatur: sicut et contra, si ille infirmus fuerit; nihil erit, quod non grauiſſimum esse videatur. Tum enim deum diabolus aliquid proficit, vbi mentem nostram Deo adhaerentem non inuenit, vbi immoderatum, & interperantem animum cernit. Cum enim homo mandatorum Dei non recordatur, neque iustificationes eius feruat, tum deum illum captiuum præhendit, cum eoque, tanquam iſtudioſiſſimus Pirata, in adūctos exitij scopulos profugit. Nam & Adam, si apud ſe recenti memoria tenuifet præceptum illud, ex omni ligno comedes: si item fer-

Genet: 2.

uaflet

uaflet iustificationem illam, que dicit: *quacunque die comederis, morte morieris;* nunquam in ea mala, in que potea dertrus est, coniectus fuifet. Nemo igitur Deum accusat: nemo in eum cauſam malorum tuorum referat. Non enim in illis, qui vocant, cauſa incredulitatis confitit; sed in his, qui vocantibus non parent, atq; refiliunt. Atqui dicet quis: melius fuit longè inuitum etiam pertrahi. Apage vero eum ista tua oratione. Nemo enim ad honores, nemo ad coronas, nemo ad coniuiia, & panegyres ac ſolennitates, quenquam nolentem vi cogit, nemo inuitum, & quaſi catenis vincētum trahit: hoc enim non honorantis eft, ſed contumelia affientis potius. In gehennam mittit ille inuitus: in regnum porr̄ coeleſte volentes, aque currentes inuitat. Cur igitur non omnes, id, quod melius eft ſequuntur? propter eam, que cuique ineft, infirmitatem. Cur igitur eam non extirpat? An non vniuerſam hanc naturā, tanquam librum quēdam, immensam humanitatem, ſimil & potentiam eius enarrantem, expandit? an non tot seruos fuos Prophetas misit? an non toties nos vocauit? an non infinitis & inuifitatis signis & portentis ſua confirmauit? an non gehennam, aternumq; exitium comminatus eft? an non regnum coeleſte toties promiſit? an non quotidie ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos? imbreſ item ſuos mitit ſuper iustos & inuiftos? Vellem dices potius neceſſitate bonus eſc, & ab ipsis p̄m̄iis, quæ hanc libertatem conſequuntur, excidere; quam̄ integra voluntate improbus exiſtent, tam acerbę damnationis ſententię, ſubiici, atque puniri. Atqui pugnat, cum rerum natura, neceſſitatē fieri virtutem. Verum si ignoras ea, que ſunt facienda, age, prode ignoratiā tuā, & tunc tibi dicentur ea, que dici oportet: aut ſi benē noſti, que recta ſunt, et ea que nocitura eſc videantur, cur non abstineſ? cur in vētita ruis? Non poſſū

Z iiij

inquis?

Math: 5.

inquis? Atqui cæteri, eiusdem fortis & conditionis homines, longe maiora posunt: tñq. suo exemplo conuinidunt: abundèq. os iustud tuum impudens obstruunt. Tu fortasse, cùm vxorem habeas, temperare tibi ab aliena non potes; alius autem etiam sine uxore incorruptam seruat continentiam. Quam igitur tuę incontinentię adferes defensionem? Non sum, inquier, eiusdem naturę, non eiusdem complexionis. Ea scilicet causa, quod nolis. nam te non posse, dicere non debes; cùm tibi facile demonstrabitur, omnes ad virtutem idoneos nasci. Nam quod simpliciter quis non potest; illud etiam omni necessitate incumbente, nunquam poterit. Quod cùm non facit; prater voluntatem suam non facere iudicatur: quale hoc est; volare, aut in cœlum sublevari, graui hoc pondere corporis depresso, possibile non est. Quid igitur, si Rex facere præcipiat hæc? Quid si non facienti mortem proponat; dicens se eos, qui non volaturi sint, obtruncaturum, vel igni traditurum, vel aliquid simile passuros? faciente illum quispiam? parabitne? nequaquam. Non enim potest: non patitur natura. Quid, si idem rex iubeat, ut temperate & continenter viviant? nonne statim plurimi huic imperio parcerunt? negabis fortasse, propter eos, qui tale mandatum transgredientur. Quid si cosdem vinclitos in carcere cōinciat, ibiisque concludat; poteruntne cestum illum cupiditatis sue perferre, nihilque inconueniens perpeti? optimè profecto. Non igitur dicas, hunc quidem natura esse bonum, illum malum. Non enim ita à natura quis constitutus esset, vlo vnquam tempore, ut clarè videamus immutari posset. Voluntatis igitur nostræ, non naturæ, totum vitium est.

D E S A C R I S T R A D I T I O-
N I B V S, E T P R A E S E R T I M
Monachatu.

Caput XX.

I G E S I M V M C A P V T D O-
cet, vos quidem bona opera non repudiare, omnemque pietatem, & religionem sequi; dies tamen festos, sacrificia, stata item iciunia, fraternitates, monachorum denique vniuersitatem, politiam, & alia his familia, iniuria else censere. Quod quidem nec recte, nec sanctis patribus consentaneum fit, atque dicitur. Si enim omnia opera bona, vt dicitis complectimini; cùm hæc ipsa eius generis sint, vel in primis hæc colere, corumque studioli else debebatis. Nam primò de Ascetica vita, quæ eadē Monastica est, illud Magnus Basilius docet: *Asce-tica inquit vita, vnum solum scopum et finem habet; sa-lutem anime: omniaque ea, quæ ad eam salutem aliquo modo conferre possunt, vita que sua institutum, atque regula, tanquam Dei mandata, cum omni timore et cautione seruare: cùm ne ipsorum quidem præceptorum Dei alias scopus sit; quam eos seruare, qui illis obedientur.* Oportet igitur, quemadmodum illos, qui loturi in balneum ingrediuntur, omni veste nudari; sic & eos, qui vitam monasticam ingrediuntur, ab omnibus vitę huius impedimentis denudatos, intra philosophicę vitę metas se continere. In qua quidem rerum omnium repudiatione, illud summum est, vt prauas cupiditates primum depo-namus: deinde illud, quod vi & natura sua primum illud sequitur; vt omnia reliqua vitę impedimentiā à nobis reueciamus. Et cùm hoc genus vitę delegerimus, quod in amabili

in amabili quadam societate consistit, illud in primis curare, vt sit omnium cor vnum, & anima vna, voluntas item & studia, iuxta D. Pauli præceptum, eadem: Vnū existere corpus, ex pluribus membris compactū: omnē item perfectionem fratrem vnitatis & concordia complecti: nihil proprium habentes, sed omnia in communione possidentes. Neque vero solum hoc tale genus hominum accusandum non est, sed etiam summis laudibus & commendatione efferendum: maximè illi, quos diuinus amor ad veram illam pulchritudinem cœlestem contemplandam erexit, ac planè vulnerauit, ipsumq. sponsum Christum dominum sectari, illique adhærere docuit. In quibus alij aliam, pulchri & honesti, in Ecclesia Dei speciem, sunt complexi, & occidunt. Et alii quidem virginitatis personant hymnos: alij corum, qui iciniunt, & humicubationibus domarunt corpora sua, celebrant Encomia: alij corum animi magnitudinem, qui sua omnia propter Christum venderunt, admirantes, illorum laudes longè latèque persequuntur. Non tam illud, quomodo vnoquoque eorum, que dicta sunt, rectè quis defungi posse, verbo docentes, quam vel solam laudem prædictorum, ad omnem virtutis profectum & incrementa, plurimum valere existimantes. Detrahere autem, aut conuictis lacescere, hoc tale genus hominum, quomodo pius & christianum sit? Ut enim ad aliquid opus vocati atque conducti, siquidem ille, qui eos vocauit, hoc propositum, & hunc finem haberet, vt metant, ad hoc ipsum se totos præparant: si item vt adificant, ad edificantum se totos compontunt ac cohortantur: sic illi, qui in nomine Iesu Christi collecti sunt, in primis finem & scopum illius, qui eos colligit, cognoscere, ac ita demum ad eum finem sese componere, ac præcingere omni conatu debent; ne suo frustrentur fine; sed vt potius, cum amore, qui ex mutuo complacendi studio

studio emanat, consequantur, & ne improbitatis & negligentiæ iudicium subeant. Debentque illius Apostoli meminisse dicti, qui inquit: *Obedio vos, ego vim-
sus in Domino; ut dignè ambuletis vocazione vestra, in
qua vocati estis.* Clarius autem ipse Dominus omnia nobis in diuinis suis promissionibus explicat: *Si quis toannis 14.
diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus dilige-
get eum, & ad eum venientem, & habitationem apud i-
psum faciemus.* Vt igitur ex eo habitat in singulis no-
bis, si præcepta eius seruamus, ita multò magis, ubi duo *Math. 14.*
vel tres congregati fuerint in nomine eius, in medio il-
lorum se ad futurum pollicetur: si itidem omnem vi-
tam, & mores suos, ad mādata eius composuerint. Nam,
si indigna vocacione sua ambulauerint, neq. ad volun-
tatem Dei seruandam conspirarint: & si in nomine do-
mini in idem congregati esse videantur, illud tamē
audient. *Quid me vocatis, domine, domine, et non faci-
tis, quæ ego præcipio vobis.* Qui igitur diuinę glorię par-
ticipes effici vult, & tanquam in claro speculo, formam
Christi in mente & animo suo contemplari: debet infa-
tiabilis amore, & co, qui expleri non potest studio, ex
toto corde, & ex omnibus viribus suis, nocte, atque die,
auxilium eius, ad id ipsum rectè & constanter compre-
hendendum querere. Quo perfectè nemo frui potenter,
nisi prius ita, vt dictum est, ab omni se mundana vo-
luptate, ab omnibusq. aduersitatibus cupiditatibus
*Basilius in O-
ratione de li-
bero arbitrio.*
abinnixerit, que cum luce diuina pugnant, omniq. o-
peri bono inimica & aduersaria sunt. Proinde, si co-
gnoscere velis, cuius causa à Deo benignissimo opifice
conditi, ac in deliciarum paradiso collocati, ad extre-
mum in numerum iumentorum insipientium conieci-
similesque illis facti, ab incontaminataq. illa gloria ex-
clusi sumus; hanc ipsam cognoscere. *Quod vbi primum
per inobedientiam serui carnis, per prauos affectus, fa-*
Aa
eti su-

Eti sumus; ibi nos statim ipsos à beata exclusimus vita, regione viuentium: ac in captiuitate, & dura seruitute constituti, adhucque iuxta Babylonis flumina sedemus, quod haec tenus in Ägypto detincamur, nondumq. terram promissionis hæreditate adiuimus, melle et laetemanter: nondum aspersum est cor nostrum celestis agni sanguine; adhuc enim laqueus inferni, atque hamus maliciæ in illo infixus hæret: nondum recepimus lætitiam salutaris Christi, adhuc enim stimulus mortis pungit nos; nondum induimus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in sanctitate & iustitia; si quidem nedum deposuimus veterem hominem, qui corruptitur secundum cupiditatem fraudis: nondum circumferimus imaginem hominis celestis, conformes gloriæ illius facti; amplius enim imaginem terreni getimus: nondum veri adoratores adoramus Deum in spiritu & veritate; adhuc enim regnat peccatum in mortali corpore nostro: nondum vidimus gloriam incorruptibilis Dei; adhuc enim in hac tenebrarū valle determinemur: nondum induimus arma lucis; quia nedum de posuimus arma & opera tenebrarum: nondum reformati sumus nouitate mentis; adhuc enim cōformamur seculo huic in mentis nostræ vanitate: nondum cicatrices eius in corpore nostro gestamus, facti in mysterio crucis; adhuc enim in carnalibus passionibus atque cupiditaribus viuimus: nondum heredes Dei, coheredes autem Christi facti sumus; adhuc enim spiritum seruitis, non autem filiationis Dei gestamus: neq. enim hac tenus templum Dei, tabernaculum Spiritus sancti esse eti sumus; amplius enim Idolorum templa, yasaq. spirituum nequitem, propter eam, quæ nobis inest ad malam proclivitatem, sumus. Profectò enim nondum sinceratatem illam, & puritatem morum, mentisque splendorum nobis acquifimus: nondum spirituali, & absque

*Pſal. 136.**Ephes. 4.**Ibidem.**1. Cor. 15.**Rom. 8.**Ioan. 4.**Rom. 6.**Rom. 14.**Rom. 15.**Rom. 12.**Gala. 6.**1. Pet. 2.**Rom. 8.**Ibidem.**2. Cor. 6.*

omni dolo, laete, mentisque nostræ incremento, & perfectione digni sumus: nondum nobis illi sunt dies, nec lucifer exortus est, in cordibus nostris: nondum nos occupauit sol iuventutis, neq. splendor radiorum eius: non *Genes. 1.* dum similitudinem Dei nostri recepimus, neq. confor-tes eius diuinæ naturæ facti sumus: nondum germana *2. Pet. 1.* magni Regis purpura, neque genuina imago Dei facti sumus: nondum eius diuino amore vulnerati: nondum *1. Cor. 11.* spiritali charitate sponsi nostri Iesu Christi perculsi: nondum inuisibilis, & mystice communio nis participes facti sumus. Et ut in summa omnia complectar: nondum genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, popu-*1. Pet. 2.* lis acquisitionis, effecti sumus; siquidem amplius ferentes, amplius genimina viperarum, sumus. Quomo-*Matt. 23.* do enim non serpentes illi, qui in terra perpetuo repunt, & ea fantūm quæ terrena sunt sapiunt, neque conuerſationem suam in celo habent: quomodo item non geni-*Philipp. 3.* nimina viperarum, qui non obedienti Dei, sed potius fœdi serpentis rebellioni adhaeremus? Quibus igitur verbis compellabo? quibus lachrymis, quo gemitu fletam illum? qui folus potest eum, qui in me crudelē domi-nūm fixit, pellere errorem? Aut quomodo eas, quæ in me regnant, prauas cupiditates excludam, vt particeps officiar gloriæ Christi; vt sanctus & mundus filius Dei sim; vt in eam requiem, in quam me praecessit caput meum Christus, ingrediar? Torrentes lachrymarū profundam: laubabo per singulas noctes lectum meum; do *Pſal. 6.* nec in tribulatione & cordis mei anxietate exaudiaris, misericordiamq. confequar: donec cum Maria optimam *Luce 10.* me partem elegisse sentiam: donec cœlesti pane, qui mundo dat vitam, dignus officiar. Verum dicet quis: *Ioan. 6.* Itanè plurimi Christianorum, si non omnia Dei mandata compleuerint, fructu scilicet in alijs exercebunt? Quo loco, bonum erit B. Petri meminisse; qui post tot res præcla-

Aa ij

re ge-

Ex Aſſetici rē gestas, cūm toties ſe beatum à Domīno audiuifſer, ex leui voluntatis diuinę detractione, illud audit: *Nō ſi lauero te, non habebis partem mecum*, vt interim taccam, neque ex ignauia, neque ex contemptu; ſed potius ex ſumma erga Domīnum reuerentia, atq; pietate, id cum feciſſe. Atqui ampliū dicet quis, ſcriptum eſſe: *Quis-quis inuocauerit nomen Domini, ſaluu erit*: & ita vel i-pfam nominis diuini inuocationem, ad ſaluādos eos qui inuocant, ſufficere. Verū, audiat ille vicifim Apoſtolum dicentem: *Quomodo inuocabunt, in quem non cre-diderunt*; ſi verò crediſſe; audi i-pfum dominum: *Non omnis, qui dicit mibi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum*; ſed qui facit voluntatem patris mei. Quod ſi vel hoc i-pfum, facere voluntatem patris, nihil iuuat; inutileque habet operis ſtudium; niſi debitè & ſuo modo fiat. Hoc autem eſt, niſi diuini amoris & aternę felici-tatis conſequendę cauſa ſufciptatur. Sic enim ipſe do-minus decreuit: *Faciunt, inquit, ut videantur ab homi-nibus*. *Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam*.

I. Cor: 15. Vnde & Apoſtulus iñſtitutus dicit: *Sed inquit, bona mea profundam in eſcas pauperum: ſi corpus meum tradidero, ita ut in igne ardeam, charitatem autem non habeam; mi-hil ſum*. Quid de nobis dicemus, qui vitam mollem, & omni voluptate diſfluentem, illi, que ex lege & voluntate Dei eſt, longè anteponimus? Qua tandem ratione, aut aternę vię felicitatem, aut ſanctorū contubernium & ſocietatem, aut cum angelis gaudia in conſpectu iuſti iudicis Christi nobis pollicebimur? Stulte profeſto, & infanç mentis eſt, haec cogitatio. Quomodo enim in pari honore in regno coeleſti cum beato Iob conſedebit ille, qui ne minimam quidem partem eius fiduci habue-rit; ac ne exiguum quidem afflictionem, moderate, & cum gratiarum actione portauerit? Quomodo cum Da-uide; qui in condonandis iniurijs, ſufferendisque inimi-cis nul-

cis, nullam vnquam animi magnitudinem prætulerit? Quomodo cum Daniele, qui non aſſidue continentia, & depreciatione ſedula Deum quæſiſſer? Quomodo item cum alijs ſanctis, qui ne veſtigium quidem ullum eorum virtutis, in vita moribusque tuis, demonſtravit? *Quis Agonethetes adeò eſt iniquus, iudicijque experts, qui pa-ribus præmijs, & coronis dignetur vietorem*; & illum, qui ne in aciem quidem defendere voluerit? *Quis Dux* & Imperator in e quaenam præde partem vocabit eos; qui ne in pugna quidem conſpecti ſunt, cum illis, qui egre-gia potiti ſunt vietoria? Bonus quidem & clemens do-minus; ſed idem iustus simul. Ne igitur vna tantum par-te Deum illum eſſe agnoscamus, ſola ſeſcilec misericor-dia illius; neque eius immensa humanitatem, & be-nignitatem, occaſionem ignauie & inertie faciamus. Ideo enim de celo tonat, ideo fulmina iaciunt; vt nemo eius bonitatem contemnat: idem ille, qui ſolem ſuum *Vel idem men-ti ad agnoscere*, exorit facit; idem cœcitate improbos ferit: ille, qui plu-uijs terram rigat; idem igne, ſulphure, ſpiritu, procel-laque agit, vertitque omnia. Ut enim illa ſunt mansu-tudinis, & benignitatis eius, ita haec ſeuſeritatis ſigna: vt aut propter illa diligamus, aut propter iſta metuamus eum: ne illud & nos audiamus. *Nunquid diuitias bo-* *Rom: 2.* *nitatis et patientie, et longanimitatis eius contemniſſe? igno-rans, quoniam benignitas eius ad paenitentiam te adducit;* ſecundum autem diuitiam tuam, et impaenitens cor, theſaurifas tibi iam in die iræ. Cūm igitur abſq; exercitio illorum operum que Deus præcepit, neque ſpes ſi villa ſalutis; nihil profeſto eorum, que præcepta ſunt, con-temmne tutum ſit. Magne enim eſt præſumptionis; de ipſo legiſlatore, cuiq; legibus, nos iudiciū, ſententiā-que ferre velle. Age igitur, Euangelica dogmata, omni-ex parte, cum vera fide complectamur omnes; commu-Basilij.

Aa ijj vlla pars

*Ephes: 4.**1. Cor: 9.**Ianuarii 12.**Luca: 12.**Psal: 49.**Math: 24.**Basilii deſi-
nitutio: 22.**Ad Rom: Ca:**Ianuarii 8.**8. Homil: 14.*

vlla pars diuinæ voluntatis effugiat. Si enim christianum, Deicū hominem, perfectum esse oportet; debet certi is, omnes partes mandatorum Dei complere, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nam ut mihi prædicandi necessitas incumbit, & ve mihi erit, nisi Euangelia fuero; ita & vobis idem studium, idemq. periculum ineſt, si aut circa necessariorum inuestigationeſ fōrēdes fueritis, aut si remissi & soluti, in custodia earum rerum, quæ nobis traditæ sunt, ipfōrumque operum studio, extiterimus. Ideo enim dicit dominus. *Sermo quem locutus sum, illi iudicabit eum in nouissimo die. Et seruus nesciens, & digna plagi faciens, vapulabit paucis: seruus autem sciens, & non faciens, nec se totum ad voluntatem domini componens, vapulabit multis.* Sit igitur doctrinæ dispensatio, ex parte quidem mea, sine reprehensione; ex parte autem veltra, fructuosa; scientes vniuersæ sacræ scripturæ partes, atque mandata aliquando ad tribunal Iesu Christi, ante oculos nostros ponи debere. *Arguam te, inquit scriptura, et constituant in conspectu tuo peccata tua.* Hoc pacto namq., cum omni vigilantia & sobrietate his, quæ dicuntur, diligenter inuigilabimus, & diuina dogmata, ad opus sedulò producere testinabimus; ignorantes, qua' die, & qua hora dominus nosferit venturus. Ea enim quæ nobis cum Deo inter cedit coniunctio, non in ea, quæ secundum carnem est cognatione consistit; sed solo prompto studio exercende voluntatis eius perficitur. *Qui ex Deo est,* inquit scriptura, *verba Dei audit.* Et iterum. *Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Quem locum exponens Diuus Chrysostomus, inquit: *Ut ne laetacri dono confisi, vitam subsequentem negligenter, sit. Quamvis Baptisma accepéris, nisi spiritu postea ducaris; dignitatem datam perdidisti, & adoptionis prerogatiuam prodidisti.* Propterea non dixit, quicunque spiritum acceperunt; sed, quicunque spiritu

spiritu ducuntur; hoc est, quicunque omnem vitam ita vivunt, bi sunt filij Dei. Et Ioannes. *Vos amici mei estis;* *si feceritis quæ p̄cipio vobis.* Impoſibile autem esse quenquam regno coelesti potiri; qui non maiorem ea, quæ legis est Euangelij iustitiam p̄r se tulerit, ipse Dominus clarè docet. *Nisi, inquit, abundauerit iustitia Matth: 5. vestra plusquam Scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Et Paulus; *Omnia, inquit, datum est vobis p̄putauis, p̄ excellentia cognitionis Iesu Christi Domini nostri, cum causa omnia in danno collocauit, ac veluti sterco arbitratuſ sum; ut Christum lucrifaciam, et immenias in illo; non habens in me iustitiam meam, quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide Iesu Christi, quæ ex Deo est, iustitia in fide.* Omne enim quod ex fide non est, peccatum est. Oportet igitur nos spiritu Dei regi; oportet recte fidei adhaerere; vt digni futura salute efficiamur. Sed & illud item non ignorandum est, ac vtique confitendum, omnium eorum quæ in nobis bona sunt, ipsiusque tolerantie earum paſſionum, quæ pro Christo suscipiuntur; Deum ipsum fontem & autorem esse. Dicit enim Ioannes. *Non potest homo accipere quicquam nisi Ioannis 5. illi datum fuerit de caelo. Quid habes homo quod non ac-* *1. Cor: 4.* *cepisti?* *Gratia enim Dei iatuati sumus per fidem, non ex Ephesi: 2.* *nobis, Dei enim donum est; non ex operibus nostris; ne quis glorietur;* *et hoc, inquit, à Deo.* Nobis enim datum est *Philip: 1.* pro Christo, non modo credere in illum, sed etiam pro illo pati, idem certamen habentibus. Neque item multum de se præsumendum est, ob ea p̄aclarè gesta, quæ facit quis: neq. omnino alij contemnendi; cum ad eos, qui in se confidebant, & alios, tanquam ipsi iusti aspernabantur, illa dicta sit parabola. *Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, etc.* Sibi enim & non Deo sua tribuere bona omnia; nihil aliud est, quam Deum negare, cum ipsoque ex aduerſo pugnare. Propter illos igitur,

2. Cor: 3:

2. Cor: 4:

Iohann: 14:

Iohann: 15:

igitur, qui sibi ipsis confidunt, & non omnia in Deum omnium bonorum auctorem referunt, sed & alios fortasse, præ se contemnunt; ea parabola docet: quod, quādum tuum admiranda quadam iustitia, & quæ proximum Deo hominem efficiat, præpollat quis; si tamen cum superbia, & aliorum despiciencia, ea ipsa iustitia sit coniuncta; in eam meram vanitatem hominem detruere, ipsique Apostolæ angelo, qui quondam Deo par esse voluit, similem reddere. *Nemo profectò sibi confidat*; nemo, ait Basilius, paret se suis cogitationibus et consiliis in Euangelij perfectione Deo placere posse; sed omnia nostra in Deum referamus, illiq; soli confidamus. Fiducia, inquit Paulus, habemus ad Deum per Christum. *Necque enim sufficiens sumus ex nobis ipsis*, vel cogitare aliquid bonum, tanquam ex nobis: sed omnis sufficiencia nostra ex Deo est, qui sufficietes nos fecit esse ministros noui testamenti sui. Et alibi. *Habemus*, inquit, thesaurum hunc in vasis frictilibus, ut sit abundantia virtutis ex Deo, & non ex nobis. Amplius autem ipse docuit. *Si diligitis me*, mandata mea seruate. Quādū enim vniuerſa mādā domini non seruamus: quādū vitam nostram ita non comparamus, ut illud testimonium eius referre possumus, *vos non esis ex hoc mundo*; tandiu cum non diligimus, Spiritumq; eius sanctum, frustra nos accepturos ab eo expectamus. Non solum autem præcepta eius opere complere iustum est, sed & in alijs quoq; virtutibus atque traditionibus nos exercere oportet, festos dies non contemnentes, memores Canonis 53. *Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, infestis diebus carnem et vinum non sumat abborrens, et non propter exercitationem; deponatur*: ut qui habeat insulam conscientiam propriam; et sit multis offensionis causa. De ieiunio item Canonis 60, sic præcipitur. *Si quis sacram Quadragesimam non ieiunet, aut feriam quartam, aut Pa* nificie;

nascetur; excommunicetur. Et reliqua. Sed & ipse Dominus per Moysen ieiunium sanxit, ut quidem multis in locis scriptum legimus: & peculiariter, dum in hūc modum legem fert: *Anima qua per ieiunium afflita et humiliata non fuerit, peribit*. Satagamus igitur per ieiuniū & orationem mercatum salutis exērcere. *Ieiunates aut̄ Iesu 58. tem; non ieiunemus ad lites et contentiones: non persecutam⁹ hominem humilem et aduenam⁹: disoluamus omnia vincula impietatis, ac virulentorum contractuum concindamus Chirographa; eurientibus panem, et escam franga mus: egenis et vagis domos noſtrias, inixa Prophetæ præceptum, apertam⁹. Ieiunantes corpore, ieiunemus et mente, in omnibus vos ab omni malo abstinentes; tum erumpet quasi manū lux noſtra, ita ut scriptum est; tum muocabimus, et Dominus exaudiet: tum clamabit et dicet: Bon⁹ animo sis: Ecce adsum.*

DE CVLTV ET VENERATIONE SANCTORVM.

Caput XXI.



IGESIMVM PRIMVM CAPUT, et idem ultimum consideratio-
nis vestre, de veneratione & cultu
sanctorum institutum est. Memori-
as scilicet sanctorum utiliter celebra-
ri, easque ad id solum, ut fides no-
stra solidetur & confirmetur con-
ferre; dum cogitamus eos gratiam & auxilium, fide, di-
uinis consecutus esse. Nos autem dicimus inuocatio-
nem quidem verè & propriè ſoli Deo conuenire, illiq;
primo & propriissime deberi; eam autem quæ sancto-
rum est, inuocationem, non propriè dici; sed ex acci-
denti,

Bb

*Matth. 28.
Rom. 10.*

denti, ut ita dicam, quodammodo, & ex gratia, & pri-
uilegio quadam. Neque enim aut Petrus , aut Paulus
ipſe exaudit eorum quenquam, qui illum inuocant; fed
gratia & donum, quod habent, iuxta illud promisum :
Ego, inquit, vobis sum, usque ad consumationem se- culi. Et de ea quidem inuocatione, que ipſi Deo debe-
tur, Paulus ad Romanos scribit. *Quomodo, inquit, inuo- cabunt in quem non crediderunt?* Dicū, inquam, sine o-
mni dubio intelligens. Quod autem & nos foli Deo pro
priè inuocationem tribuimus; pater ex ipſa sacra arca-
norum celebratione, vbi sic Deum compellamus : *Di- gnare nos domine, liberet et cum bona venia audere te co- lestem Deum Patrem inuocare, dicentes: Pater noster qui es in celis. Er rursum. Domine Deus virtutum sis nobis- sum; alium enim praeter te, in anxietatibus et tribulatio- nibus nostris adiutorem, non habemus.* Et iterum. *Alium,* inquit, *praeter te Deum non agnoscimus.* Mediatores au-
tem facimus omnes sanctos. In primis autem & excelle-
nter ante alios omnes, ipsam Dei genitricem virginem
Mariam matrem Dei. Secundum hanc autem, atque se-
cundum angelorum atque aliorum sanctorum choros,
temporis, donarijs, supplicationibus, factis imaginibus,
corum; non proprio dei cultu, sed relatè & confederatione
quadam ad ipsa exemplaria, honorem facimus, illisque
aduoluimur. Seimus enim eum honorem, qui *progenies* di-
citur, foli deo deferri; neque alium extra illum Deum ag-
noscimus, neque adoramus deos alienos, neq. in san-
ctis, eorumque imaginibus venerandis nimis sumus; sed
intra modum, metuentes scilicet, ne eum honorem qui
dei proprius est, illis deferamus: quod absit. Res enim
est impia, & à Christi Ecclesia, cuiusque alumnis alienis-
sima, verè, & non ad aliud relatè, sacras imagines ado-
rare; quarum omnis honor, ad prima eorum exemplaria,
inquit D. Basilius, referri debet. Cœterum, & a-

lios sanctos omnes mediatores nobis, & adiutores cō-
stituimus; nec in praesenti tantum hac vita, sed etiam in
futura. Nam & haec mediatio quædam est, cum angeli
alijque sancti, atq. adeo non minus ipsa mundi domi-
na, pro nobis exorat. Neque tamen impliciter pro o-
mnibus, neq. pro aliquo qui in lethali peccato mortuus
est, illi deprecantur. Necquam enim hoc dicendum
est. Iam enim una sententia hos tales à sua exclusit mi-
sericordia deus, ac tale quid contra illos pronunciauit.
Si steterit Noe, aut Job, aut Daniel, filios eorum et filias *Ezechiel 14.*
non libenabunt; sed pro illis solis exorant, pro quibus pre-
ces suas gratas & acceptas deo esse arbitrantur; pro his
scilicet, qui in medio penitenti cursu ex hac vita sunt
rapti: nondum tamen peccatorum suorum fordes, plan-
ne emundare poterunt; idque profectò stante adhuc
iudicio, neendumque lata sententia. Nam vbi semel fo-
latum fuerit theatrum: vbi quisque ad fibi designatum
locū penè abducēt fuerit, ibi iam mediatio nulla est,
neque omnino yngquam sit. Haec enim mediatio nunc,
dum in hac vita sumus, in Ecclesia suscipitur, atq. præ-
dicatur: dum nunc quidem sanctos, nunc ipsam domi-
nam, & matrem dei, nunc angelos, mentisque beatas,
compellamus, ac illorum sacris precibus nos commen-
damus. Et dominam quidem nostram hoc modo: *San-
ctissima, inquit, domina nostra, Dei mater, intercede pro
nobis peccatoribus.* Sanctos verò angelos. *Omnes cele-
stes virtutes, sanctorumque angelorum, & archangelo-
rum chori, onte pro nobis.* Sed & Prophetam illum, atq.
præcuroram, Baptizatamque domini: gloriolos item A-
postolos, Prophetas, martyres, sanctoique pastores, ac
doctores; sanctarum item mulierum cœtus, omneque
sanctoros oramus, ut intercedant pro nobis peccatoribus;
quò gratia Dei ipsius insuperabili, item diuina, ac in-
comprehensibili virtute sancte Crucis, propicius nobis

Bb ij

pecca-

peccatoribus fiat. Nobis, inquam, cum solum veruni Deum colentibus, illiisque foli confidentibus, in veraq; pœnitentia perseuerantibus. Rogamus item, vt oculos animæ nostræ illuminet; ne aliquando onere peccatorum depreſſi, obdormiamus in morte, inimicisque nostrorum præualeat aduersus nos. Precibus igitur & interpellationibus eorum omnium, quos supra memorauimus, petimus clementissimum Deum; vt ipse susceptor & liberator noster esse velit: nosque à laqueis inimicorum nostrorum benigna sua misericordia liberare dignetur.

ANNOTATIONES.

Neque enim aut Petrus, aut Paulus ipse exaudit quenquam etc. Non hoc dicunt, quod sancti omnino non audiant, quodq; preces nostras non cognoscant; pugnat enim hoc cum bii sanctorum compellationibus, quas paulo post ipsi subiungunt.

Sanctissima Domina nostra Dei mater, intercede pro nobis peccatoribus. Et Sanctorum Angelorum & Archangelorum chorū orate pro nobis, etc. Quales item multe persuasiles veterum Grecorum Patrum voces vobis exaudiantur. Sancti Dei vos lachrymī & fletu doloris pleno rogo. Originis. O Bafili ecclīsiae aplice carnis stūlūlū, aut tuis fistulas intercessionibus etc. Nazianzeni. O communes generis humani custodes, optimi curarum socij, precum ac votorum inuicem suffragatores, legati apud Deum potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiārum. Basili. Quis enim aut non audientem, aut non sentientem hoc modo compellat? Sed illud potius dicunt, quod neque ipsi sancti vorvū fūs, sed diuino dono preces nostras cognoscunt, neque nobis de suo trahent quidquam; sed Deus ipse sanctorum precib; promissionibus, quas illis fecit, flexus ac persuasus, donat largitusq; omnia. Percipiunt autem, & exaudient nostras preceas sancti, vel in ipso Dei verbo, quod eam ut canimus, candor lucis æternæ, & speculum fine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. *Vel in ipso diuino lumine: iuxta il lud:* Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor Jumq; illuminabit te; sed erit tibi dominus in lucem sempiternum, & Deus tuus in gloriam tuam: non occidet ultra sol tuus, & luna tua

tua non minuetur; quia Dominus erit tibi in lucem tempiternam etc. *Et Apocal. x.* Ecclitas non egit sole, neque luna, vt luceat in ea; nam claritas Dei illuminat eā & lucerna eius est agnus: *Vel etiam ministerio Angelorū, iuxta illud Iobie:* Quando orabas cum lachrymis, & sepe lebas mortuos; ego obtuli orationem tuam domino. *Et illud Apocal. 8.* Et aliud angelus venit, & stetit ante altare, habens Thuribulum aureum: & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus in censorum de orationibus sanctorū, de manu angelī coram Deo. *Verum huc alterius, & præliorū sunt confiditioris.*

σεργίουνται λατρευτούς προσωπους της. Non proprio Dei cultu; sed relatè ad exemplar. &c. Non caruit mēndā hic locus: itaque sensum & sententiam fecuti sumus.

οὐκ εἰσερχόμενοι προσώπων χρήσιμοι. Neque in venerandis imaginib; nimis sumus; sed intra modum. &c. Graecū sic scriptum est, quod ecce nullum sensum habere videtur: id tamen eos velle dixisse, quod possumus, & res, et verba ipsa innuant. *Tam Canon septime, & octauo synodi docet;* vbi sic de imaginib; decernitur. Sacram imaginem Domini nostri Iesu Christi, & omnium saluatoris, æquo honore, cum libro sanctorum Euāgeliorum adorari, decernimus. Sicut enim per syllabarum eloqua, que in libro feruntur, salutem consequuntur omnes; ita per colorum imaginariam operationem & sapientes & idioti cuncti, ex eo, quod in promptu est, perfurunt utilitate. Que enim in syllabis ferme, haec & scriptura, que in coloribus, prædicti, & commendata. Dignum est enim, vt fēcundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem propter honorem, qui ad principia ipsa referuntur, etiam deriuatiūq; imagines honorentur & adorentur, vt sanctorum Euānge liorum facer liber, atque typus preciosus crucis.

EPILOGUS DE QVIBVS.
DAM, UT ISTI VOCANT,
abuſibus.

AMPLIVS AVTEM AD EOS, QVOS dicitis abuſus respondentes, dicimus. Primum, vtriusque speciū participes esse oportere omnes

Bb ij dicitis;

*1. Cor: 7.
1. Tim: 3.*

Luke 9.

dicitis; & rectè quidem: nam & nos hoc idem tremendis his mysterijs participantes facimus, illi inquam, qui his digni fumus; præter id, quod non in azymo, sed in fermentato pane panis speciem accipimus. Secundū est, quod dicitis, melius esse nubere, quam viri, iuxta illud Pauli. *Unius uxoris virum*, & reliqua quæ Paulus in hoc genere præcipit. Proinde & nos illis sacerdotibus, qui in virginitate persistere non possunt, priusquam tamen confercentur, & sacerdotes fiant, vxores accipendi potestatem damus. Deus enim matrimonium sanxit. Illud item nō ignoramus, turpitudinis germina multa suscipi inter eos, qui sacerdotes vxores accipere prohibent. Ille autem qui semel virginitatem professus est; virgo permaneat, nec iam illi villam amplius licentiam poit votum suscepimus nubendi damus. *Nemo enim mittens manum ad antrum, et respiciens retro, idoneus est consequendo cœlesti regno.* Si verò huic humanitus quid contigerit, hunc Ecclesiastica disciplina coercemus, ac ad moderationem vite, per paenitentiam atque confessionem, carnis item mortificationem, ac omnem vitę continentiam reuocamus, ac veluti lustratione quadam expiamus: nihil dubitantes misericordiam benignissimi Dei, humanę eius infirmitati non defuturam. Tertio loco explicatis, sacram Liturgiam cum maiore plectare & deuotione apud vos, quam apud aduersarios vestros celebrari; vt quam ad quæstum, & ad lucrum à quibusdam referri dicatis, indeque multiplicationem priuatarum missarum exortam esse: vnam item solam Liturgiam vos celebrare, non ritu Romane Ecclesie plures, scribitis. Si qui igitur sunt, qui ad quæstum & lucrum tantum referant mysterium; illi turpiter & improbè faciūt, quod certum & confessum esse, & nos, & veritas ipsa testatur. Quod autem additis, mortem Christi nō tantum vetus primi parentis nostri debitum sustulisse, sed

& omne

& omne aliud peccatum deleuisse; in eam patrem illud dicimus. Debitores nos esse vniuersitatem legis dumque implem de; ad imitationemque vite, & conuersationis eius, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, pro posse cuiusque nos obligari; memores illius Apoloclici. *Charitas*, in-

quit, virginis Christi, nos, iudicantes hoc: si enim unus pro omnibus mortuus est; num ergo omnes mortui sunt? At unus quidem pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuant, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Si enim una pars Galat. 5. corporis sui tantum circumcisus iuxta legem Moyis, debitor est vniuersitatem legis; quanto magis circumcisus quis, Christi circumcisionem, depositione vniuersitatem corporis, *Colloq: 2.* peccatorum carnis, quemadmodum scriptum est, debitor efficitur, adimplere illud apostoli dictum: *Ego unus Galat. 6. do crucifixus sum; et mundus mihi. Vino autem tam non Galat. 2. ego, sed viuit in me Christus.* Mortuos enim nos oportet esse peccato; neque amplius illi seruire; & ita demum sequi Christum; quod quidem est Deo plenè & perfecte viuere. Si enim liberè peccabimus, nec paenitentiam agemus vñquam; hac quidem ratione, ne mors quidem Christi, quam ad eo superbè iactamus, nobis proderit quicquam. De confessione autem & remissione peccatorum, quod quarto loco ponitis; ex sententia magni Basilij respondemus. Oportere vñumquaque Christifanorum, signum dignum paenitentia profectum demonstrare, *In Asceticis cap: 26.* velit, ut & que ad legem Iesu Christi instituta habitudinem, & consuetudinem, sibi comparare; nullum animi motum, occultum apud se continere, nullumq. verbum non expensum proferre, sed occultissima etiam queque cordis sui confiteri: non quibusvis passim; sed illis tantum, qui remedium & sciant & possint adhibere. Et in alio loco inquit idem Basilius. Oportet illis, inquit, quibus commissa & concredata est sacrorum Deimysteriorum dispensatio, pecata sua

*2. Pet: 2.**Roman: 13.**2. Corin: 8.**Roma: 14.*

cata sua confiteri. Sic enim antiquitatem omnes illi, qui paenitentiam egerunt, ad genua Sanctorum fecisse inueniuntur. De potestate autem remittendi & retinendi peccata, illud existimandum esse putamus, nec omnibus, ut dictum est, paixim, nec simpliciter traditam esse; sed paenitentis obedientia interueniente tantum, paratoque animo ad ea omnia facienda, que is, cui ea cura anime nostræ demandata est, iusserit atque prescriperit: tum ut is, qui absoluendus est, verè, & ex animo paenitiat. Vera enim paenitentia est, ad eadem non relabi mala. Nam si quis ad eadem peccata redeat, hic similis est cani, ad suum vomitum redempti. Oportet autem vita & proposito, ab omni temerario astu nos remouere, contrariaq. remedia vulneribus nostris adhibere. Quintum est de oblationibus, festis diebus, statis ieiunij, de traditionibus item: & quod gratis per Christum peccata, & non propter aliquam meritam & iustitias nostras nobis remittantur, confiteri debeamus: impossibile item esse omnes traditiones quenquam seruare posse, vnde grauantur & perterritur pie & trepidè conscientie. Ad que omnia verbis D. Basilius sic respondemus. *Caudendum, inquit, nobis est; ne occasione unius pracepti, alia transprendiamur.* Quare inquit, *Et ipse Paulus, de ciborum iustione docens, non simpliciter carnis rationem non habendam esse monet; sed in desideriis.* Tanquam illud quidem, quod ad libidinem & voluptatem in carne nostra est præcepit et proclivit; per exercitationem, atque mortificationem sit extirpandum: illud autem, quod est vnde, quodque ad virtutem & pietatem exercitium confortatque necessarium; diligenter cum & studio exercendum, atq. conseruandum. Esaïa enim inquit Paulus, nos Deo non commendat; & regnum Dei non est cibus & potus; sed iustitia, pax, gaudentia in spiritu sancto. Quare & ipsa cibi abstinentia, cum ratione est suscipienda: quam si, inquit, ipse per se expendas; ne-

das; neque si manduauerimus, abundabit; neq. si non manduauerimus deficiemus. Neque enim illi, qui non comedunt, meliores sunt, non comedentes, si ipsum solum comedere spechez; neque iterum illi, qui comedunt, deteriores his, qui non comedunt: sed hoc solum tantum confideres, si cetera omnia eadem sunt. Omne igitur corporis exercitium ad animi virtutem referri, & comparari debet. Fit enim plerunque, vt ea, que per se ipsa pulchra, & honesta non sunt: quod tamen talibus inserviant, ipsa etiam pulchri & honesti formam & speciem acquirunt. Hac igitur ratione ea omnia, que nobis a sanctis Patribus tradita sunt, tanquam ea, que hunc solum finem respicunt, seruare & amplecti debemus. Qui enim talia spernit, Deum ipsum spernit. Neq. omnino quicquam earum rerum, que nobis a sanctissimis viris sunt reliqua, aut ridendum aut traducendum est. Et si qui precepit pium vsum ac finem his abutantur, non oportet tam propterea tales traditiones irridere, ac traducere; sed eos quidem qui illis abutuntur, leniter instruendo admonere; ipsarum autem rerum, verum & rectum vsum demonstrarre. Quod quidem magnus illi Basilius saepius facere confuerit, maximè vero in eo loco, ubi querit. *Num acceptibile sit Deo opus aliquod bonum, etiam si non per omnia, iuxta præceptum Dei ritus & debite sit factum?* Nihil enim est, quod nos magis imitatores Christi faciat; quam vbi proximorum nostrorum curram suscipimus. Pudor autem est homini Christiano, sanctis & pijs institutis, conscientiam suam grauari, aut perterriti dicere. Omne enim, quod ex Deo est, vincit *i. Rom: 8.* mundum. Quare inquit idem Basilius: *Quis adest est? De eis parti-sensus expers? quis tam incredulus, ut patet se non posse illis rebus ferendis parem esse, que iam ante multi alij pertulerunt? aut quomodo tanquam viribus suis grauiori, magisque laboriosa recusat quis, que nulla difficultate* *Co* *multis*

*Luce 10.**vid. 1. Corin:*

multi, qui eum antecesserunt superarunt. Quare & monasticam vitam, quæ recto fine Dei, causa suscipitur, nemo vñquam bonus contempnit; nemo risit? Quam et si quidem multi fidenter aggredi fortasse audent: ut tamen dignè & competenter ad calcem usque perueniat, paucis fortasse cure est; et si omnino non in ipso recto proposito laus operis consitit; sed in ipso fine fructus est totius laboris. Et ipsum quidem vitæ genus laudant, miranturq. omnes: iuniores autem, & rudiores instruxerunt, & hortati sunt illi qui potuerunt; ut alibi, a quodam subiicitur & præcipitur. *Dicere, inquit, tu qui solitarius, fidelisque homo es, ipsis inquit, pietatis operarius;* dicere inquam Evangelie conuersationis modum, et reliqua. Et rursus idem ipse in eodem loco docens, cum qua probatione & examine eos, qui se huic vitæ generi addicere volunt, suscipi oporteat: inquit. *Necesse est illos cobortari, ut a prima statim aetate tradantur;* & offerant se Deo, illi, qui se huic generi vitæ addicere volunt. Qui enim ita fecerit; & charitate erga Deum germanus, & in eius retributionis, quæ a domino proposita est perceptione, firmus apparebit: Quæ vero, contra traditiones, a vobis ex D. Paulo adferuntur, vel ex his quæ iam dictæ sunt; facile solui & explicari possunt. Apotholom scilicet, non de his obseruationibus, & traditionibus, in illis locis agere, quæ pie & secundum Deum sunt: sed de illis, quæ tum ab Hereticis, atque aliis prauis hominibus, falso & impio confingebantur. Itaque D. Chrysostomus in Capite 4. ad Timotheum, hæc de Manichæis, Eucratistis, ac Marcionitis dicta esse interpretatur. *Ut autem illi, qui recte & sane adhaerent fidei, sub tutâ & secuna ancora nauigant;* sic illi qui ab ea semel ex cederunt, nusquam tutò et constanter confidere possunt. Sed cum multum fuisse, per omnes errores diuagati fuerint; ad extremum in ipsa extrema perditionis vada atque scopu

*Hom. 12. in 1.
Tim. Cap. 4.*

los de-

los deferuntur. In secunda autem ad Coloss. gentilium atque Iudeorum, his verbis superstitiones renici, de illoisque, qui nondum Christo adhaeserunt, hæc dicta esse, idem docet Chrysostomus. Quinto item ad Galat: primo ad Titum eodem modo. Quod idem D. innuit Bafilius illis verbis: *Si, inquit, studium eius in institutæ, quæ ex lege est, eos qui in baptismo se Deo consecrunt, tanquam non sibi amplius uitiorum, sed illi, qui pro eis mortuus est, et resurrexit, spiritalis adulterij obnoxios facit;* ut per ea, que sapientia dicta sunt, abunde demonstratum est: *quid, inquit, de humana dicet quis traditionibus?* studium, inquam in institutæ, quæ ex lege est, per humanas intelligens traditiones. De ea porrò iustitia, quæ ex fide est, iuxta aureum os Chrysostomi respondemus. *Iam primum igitur constat, ex fide cognitionem Christianam prouenire;* nec sine illa quenquam Christum cognoscere posse. Nam et resurrectionem, et nativitatem, nulla humana ratio, nobis probare potest. Sola autem id docet fides: *hac que primum pars, causa eis in institutæ dicitur.* Quod cum ita sit, vides quod non simpliciter oporteat fidem habere; sed quae sit per opera. Ille enim potissimum Christianus resurrexisse credit, qui sui vitæque sue, nullam habet nationem; periculis seipsum objiciens, illaque passionibus communans. Ob idque dixit Apostolus. *Et inuentus sum in me ipso non habens meam institutiam: illam quæ ex lege est;* sed eam quæ ex fide est Christi, eam inquam, quæ ex Deo est institutiam in fide: fide enim illam cognoscimus: fide resurrectioni illius assentimur: fide ad communionem passionum ipsius erigimur. Et iterum idem Chrysostomus: *Fidelis, inquit, Deus qui promisit nos saluare, idem omni-* *nō saluabit;* sed non alio modo, quam eo, quo promisit: *si tamen cap. 4.* voluerimus, si audiemus ipsum: non simpliciter; neque veluti ligna et lapides, oculos et desides. Recitè autem illud confidimus per dominum posuit; quasi dicat: *benigni*

Cc ij

tati cuius

In Morali ho-
mil. 8. in 1.
Cor. Cap. 3.
Psalmo 72.

In principiis
Affectionum.

tati eius nos credere oportet ; omniaque nostra ad eum re-
ferre in cunctis rei gere : ita tamen est et ipsi in omni vir-
tutis et honestatis genere ad extrellum usq. spiritum nos
exercamus. Non igitur simpliciter Christum teneamus,
sed ei conglutinemur. Nam vel si minimum recesserimus,
proculdubio peribimus. Scriptum enim est : Pe-
ribunt omnes, qui elongant se a te. Conglutinemur igit-
ter ei : & conglutinemur per opera : Qui enim servat
opera mea ; ipse manet in me, inquit ; & profecto pluri-
mis exemplis nos multum coniungit. Et animaduerte
quælo : ipse caput , nos membra : ipse fundamentum ,
nos ædificium : ipse vitis, nos palmites. Hæc omnia con-
glutinationem demonstrant, & nihil vacuum in medio
relinquent , ne minimum quidem. Quippe qui parum
abest, cum processerit, aberit longius. Nam vel minima
palmes, si à radice absindatur ; statim arescit , ac inu-
tilis efficitur. Itaque id, quod in ea re minimum esse vi-
detur, paruum omnino non est ; sed in eo, quasi totum
consistit. Et proinde, ubi quid parum deliquerimus, no-
limus, vel exiguum despiceremus ; siquidem id neglecatum
quam primum in immensum crescit. Et de fide quidem
haec tenus. De Monachatu autem, illud cum D. Basilio
sentimus, benignissimum Deum , qui salutis nostræ cu-
ram habet perpetuam, in duo quasi vitæ genera omnem
hunc præsentem vitæ statum diuisisse, coniugum, inquā,
atque virginum : ita , ut qui non posset virginitatis per-
ferre certamina ; vxorem accipiat. Illud recte sciens ;
quod non minor, ab ipso continentis & sanctitatis ex-
posceretur ratio ; quomodo, scilicet eos, qui piè & sanctè
in matrimonio vixerunt, liberosque ad laudem & ho-
norem Dei educarunt, imitatus fuerit. Vnicuique enim,
ex his fructibus, quos ex ea charitate, quam erga Deum
& proximum gesit, producere debuit, reddenda erit ra-
tio. Et item ex omni prætermissione & contemptu mā-
datorum

1600. 2000.

datorum Dei : neque verò sola ratio reddenda ; sed eti-
am grauis & inexcusabilis poena subeunda ; ipso do-
mino apud Matthæum comminante. *Qui amat patrem Math. 10.*
suum, aut matrem, plus quam me, non est me dignus.
Ne igitur tibi omnia licere putes, eti maritus sis, tanquā
omnem iam potestatem mundo adhærendi, consecutus,
cum maiore etiam tibi cautionē opus sit, ad id, vt cer-
tam acquiras salutem. Tu verò cœlestis conuersationis
amator : tu anglici instituti negotiator : tu qui sancto-
rum Iesu Christi Apostolorum cōmilito efse cupis ; ob-
firma animum tuum ad subeunda omnia illa, quæ iubē-
tur, aduersa : atque strenuè & fidenter te adiunge mo-
nachorum cœtu : atque corum , qui præclarè viuent,
fis imitator : corumq. res gestas inscribe cordi tuo. Ve-
lis vntus ex paucis efse : rarum enim , quod bonum : et
propterea regnum ipsum cœlestis paucis patet. Si rapere
illud vis ; violentus existas oportet. Submitte igitur col-
lum iugo Christi : circumda clitellis illius humeros tuos : preme atque extenua tu ipse ceruicem tuam, perpe-
tuo virtutum exercitio ; in ieiuniis, in vigiliis, in obedi-
entia, in quieto silentio, in psalmodiis, in orationibus, in
lachrymis multis, in opere ipso , in omni rerum aduer-
sarum, quæ exoriantur tolerantia : siue illæ à dæmonibus
contra te excitentur, siue ab ipsis hominibus profiscantur.
Cuius exercitii sœcia, & administratio virginitas efse so-
let in illis, qui tam præstanti bono recte & prudenter
vti sciunt. Non enim fola abstinentia, ab opere carnis
virginitatis perficit donum, sed omnem item vitam no-
stram, vniuersos item actus, & mores nostros, pudorem
& virginitatem quandam suū conferuare oportet, in om-
ni instituto, ac conatu suo : id quod sanctum & integrum
est, præferentes. Si igitur cupimus, secundum simili-
tudinem Dici, characterem animæ nostræ , per quandam
animi quietem & tranquillitatem exornare, vt inde vite *eternam imp*

C iii

item

*Fecit ex e-
odem loco Be-
fili.*

item nostræ immortalitas prolatetur; attēdamus nobis, ne indignè, paēto, & data fide viuentes, Ananiq; & Saphirę iudicium incurramus. Quibus licuit quidem statim à principio, posseſſiones suas sibi habere, nec illas domino dicere: at poſtequam inanis glorię ſtudio, ſua bona voto & dedicatione Dei fecerunt, illi que non tam ut Deo placent, quām ut apud homines liberalitate & munificientia confipci & admirandi eſſent, conſecrarent: vbi de precio illarum clam ad ſe partem aliquam auerterunt, talem contra ſe Dei indignationem comouerunt, cuius Petrus executor, & adminiſter fuī; ut nulla etiam pœnitētia curari, aut expiari potuerint. Proinde ante quidem caſte & religioſe vitę votum, atq; pro-miſſionem, liberum est cuique volenti, uixta conciſam & legitimum viuendi rationem, coniugio ſeſe tradere. Si quis verò ſponte & libere, voto ac profiſſione ſua, deo ſe tradidit; huic verò amplius non licet retrō pedem reſerare, fed potius totum ſe illi, veluti quoddam ſemel Deo oblatum ac deditum donarium, purum & integrum cōſeruare: ne, ſi ſemel voto Deo ſacratum corpus, cōmu-nis vitę functionibus contaminari, in feediſſimum facrilegii crimen incurrat. Hæc autem cūm dico, non vnum tantum genus elatæ cupiditatis intelligo; vt quidem permulti putant, in ſola corporis cuſtodia, totum virginitatis & caſtitatis conſiſtere decus; ſed ab omni item licentia cupiditate, eum, qui ſe Deo conſecrauit, continere, ac cuſtodiſe ſe debere exiſtimo; ne aliqua mū di huius labi, mentis ſuę puritatē conſaminet, aut impedimentum aliquod, ad vere diuinam peragendam vitam, ſibi accersat. Hæc igitur illum, qui mundo præſen-tique vitę renunciavit; ne vas ſemel Deo dicatum, aliquo praece cupidoſis affectis contaminet, intueri oportet: illudque apud ſe maximè expendere; iam ſe ſupra humanam naturam elle, altiusq; pennas suas extuliffe, ac im-

ac immortale quoddam, & corporis expers vite genus, complexum elle, angelicamq; vitam ſequuntur: liberum enim ab omni coniugali lege eſſe, nullamq; aliam pulchritudinem praeter Deum ipum, mentis, oculorumque intuitu, perpetuū ſpectare; hoc proprium est angelicæ naturæ opus. Rumpendę igitur ſunt omnium cupiditatum, & affectionum vitę huius compedes illi, qui verè & per omnia Deū ſequi, & imitari velit. Quod niſi per omnimodum mundi contemptum, morumque veterum obliuionem, obtineri nullo modo potest. Niſi enim nos plane ab omni mortali cogitatione, communisque vite conſuetudine ſeparauerimus, ac veluti ad aliū quendam mundum omni animi contentione ac propensione, mortalitate hac ſuperata, tranſtulerimus; iuxta Pauli dictum: *Omnis conuertatio vestra fit in exilio;* philipp. 3. nūquām finem illum quem querimus, Deo perfēcte placendi conſequemur. domino præcīſe dicente: eum *Luke 14.* qui non renunciauerit omnibus que habet; non poſſe-ſius eſſe diſcipulum. Quod vbi fecerit; omni deinceps cuſtodia cor ſuum cum obſeruare conuenit; ne ſanctę illa, quas de Deo concepit cogitationes illi effluant, nē-ue memoriam mirabilium eius, rerum vaniſſimorum cogitatione contaminet: ſed aliſuia potius, & ab omni rerum mundanarum contagione, munda & libera, rerum diuinarum meditatione, animo imprefſam, atque firmiſſimo ſigillo obſignatam, ſanctam de Deo cogita-tionem ſecum vbiue circumferat. Hac enim ratione charitas Dei nobis queritur, ſimilque nos ad omne mandatorum Dei exercitium excitat: quo item exerci-tio ipſa conſeruatur, ut conſtanter & perſueranter col-latur. Quodquidem ipſe dominus demonſtrat, nunc quidem dicens: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate:* *Io. xvi. 14.* nunc autem; *Si mandata mea ſeruabitis, manebitis in di-lectione mea:* *Io. xvi. 15.* quales ille homines alio loco perfeſtos vocare

Mat. 5. & 29. vocare solet. Itaque non oportet mirari, recte & honeste viuentium monachorum vitam, perfectam appellari. Per professionem quidem lauacris, inquit Chrysostomus, priora nostra omnia nobis condonauit, ac post eam veniam, ipsius lauacrum secundum præsidium et remedium, quod ex paenitentia est peccatoribus reliquit. Si fuerint, inquit Propheta, peccata vestra utrū coccinum, infor̄ni nūis ea de albabor, ac in conturium habitum transfum. Proinde non tam quidem cadere obest; quām ubi cecideris, non te statim erigere, periculoso es. Proinde laudare potius, quām extenuare, monasticę vitę institutum conuenit. Qui enim eos, qui se in perfecta virtute exercent, colit atque obseruat, hic Deum ipsum tantò magis honorabit: at qui hos semel contempnere didicerit, hic facile, pessimo profectu, in ipsum deum contumeliosus euaderet.

Matt. 10. Qui vos accipit, inquit dominus, me accipit; qui vos ferit, me ferriat. Hos igitur & nos imitemur: & sic omni ex parte decum, ipsius vitę honeste studio glorificabimus. Neq. verò illud recte quis dicere potest; non posse quemquam his seculis ad eum gradum virtutis peruenire. Nā cum charitas Dei, non docatur, ipsaq. lex non aliud sit, quām earum, quarum nobis semina natura indidit facultatum, agriculta quædā & nutritrix: vel enim in ea parte, ubi Deus proximos nostros, tanquam ipatos nos amare iussit, inspiciamus obsecro diligenter; num item eius rei omni ex parte perficiendae, vīm & feminam nobis infusa à Deo habeamus. Quodquidem ita esse facillimè deprehendemus. Quis enim non videt hominem natura mansuetum, & sociale animal esse, non solitarium, non ferum: neq. adeò quicquam eius naturę est proprium; quam cum alijs communem vitam agere, alijs vti, simi leque ac cognatum diligere. Quarum igitur rerum nobis Deus prior feminā dedit; carum meritō & iure suo à nobis fructum & prouentum expedit, dicens: *Man- datum,*

datum, inquit, nouum do vobis, vt diligatis inuidem. Ad quod mandatum èo magis animos nostros excitare volens; signum & indicium fuorum discipolorum, non mihi Basilij Ajceticum. racula, non virtutē portenta ab illis exquirit; quamquam & horum, in Spiritu sancto, illis magnam vim cōcessurus erat: sed audi quid dicat: In hoc cognoscēt ibidem. vos, quia mei efficiuntur discipuli, si dilectionem mutuam inter vos colueritis. Quę quidem duo, dei & proximi dilectionis præcepta, ita fecum vbique neētit ac glutinat; vt ea officia, quę in proximum conferuntur, in seipsum transferat. Esurus, inquit, et dedisti mibi comedere. Et deinde infert: Quocunque, inquit, fecisti uni ex minimis istis fratribus meis, mibi fecisti. Proinde per primū quidem præceptum, licet secundum etiam perficiere: per secundum autem est quidam reditus, & conuersio ad proximum. Qui enim diligit dominum; idem consequenter *I. Ioan. 4.* diligit & proximum suum. Qui, inquit, diligit me, mantuam *I. Ioan. 14.* data mea seruabit. Præceptum autem meum hoc est; vt diligatis inuidem, sicut ego dilexi vos. Eum item qui diligit proximum, dei dilectionē complere testatur; vt qui ea officia quę proximo impenduntur, in eam partem accipere soleat, ac si in se collata sint. Quapropter fidelis ille in domo Domini seruus Moysés, tantam erga fratres pre se tulit charitatem, vt deleri potius elegerit ex libro vite, in quem inscriptus fuerat; quām vt populus ille præauricator, fuorum delictorum veniam consequi non deberet. Neque verò solum ipsa mandata Dei, ea veneratione nobis sunt colenda; sed vt in summam rem contrahamus totam, sanctissimorum item Patrum universæ traditions & instituta contemnda non sunt. Præcipientium quidem differentia, inquit Basilius, nihil in Ajceticis. debet lădere obedientiam carum rerum, quę præcipiantur. Cum ne Moyses quidem afternatus sit, confitit Ierobso *Exod. 18.* ceris sui, recte monentis. Et ipsorum quidem præceptorum Dd differen-

differentia magna est. Nam alia quidem sunt, quæ dominii præceptis aduersatur, corruptiæ ea, aut falso admixtione ecarum rerum, quæ prohibita sunt contaminat: alia vero, si clare cum illis non coniunguntur; plurimæ tam ad ea rectè perficienda conserunt, ac quasi open quandam præsentem adferunt. Oportet enim Pauli dictis meminisse. Prophetas nolite contempnere; omnia vero probantes, quod bonum est retinetis; ab omni opere prauo abstineatis vos. Et rursus. Omnia consilia defruienes, et omnem altitudinem extollentes je aduersus scientiam Dei, et in captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi: et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

Et si quid fortasse ex his, quæ iubentur, tale est, quod cum lege Dei consentiat, vel quod ad eam explendam nos iuuet; huic ipsi tanquam Dei mandato, omni studio & diligentia nos parere oportet. Satisfacientes illi mandato Pauli, sufficentes vos mutuo cum charitate Dei. Si quid vero præcipitur, quod legi diuinæ aduersetur, eamq. aut cuerat, aut inquietat; tum demum illud dicere opportunum erit: Magis oportet nos obedire Deo, quam hominibus; memoræ Domini dicentis. Alienum enim non sequuntur, sed fugiunt ab eo; neque enim norunt vocem alienorum. Et Apostoli, qui nostræ cautionis & securitatis causa, non dubitat, vel angelos ipsos perstrinere, cùm dicit: Etiam si nos ipsi, inquit ille, aut angelus de celo euangelij auerit vobis aliud præter id, quod vobis euangelij auum, Anathema sit. Vnde instruimus: quod & si maximè cognatus quis sit, & si maximè clarus; ab eo autem quod Dominus præcipit nos prohibeat, vel ad id, quod ab ipso vetum est, sollicitet, & impellat, fugiendum, & tanquam pestem his, qui diligunt Dominum, auerfandum esse. Quod quidem de his quæ à nobis dicta sunt, nullo modo verè intelligi potest.

Ea enim

*De eis vide-
tur particu-
la 13.*

2. Corint. 10:

Ephes. 4:

*Act. 5:
Iacob. 10:*

Gal. 1:

Ea enim quæ synodice constituta sunt; omnes Christi fideles, tanquam diuinitus inspirati scripture consentanea recipiunt, atque amplectentur semper: ob idque & à suffocato vsque ad hodiernum diem abstinemus nos, illudque auerfamur, sanctorum Patrum, atque adeò ipsorum Apostolorum præceptis inhærentes: scriptum enim est. Ab idolotris abstineamus eis sanguine et suffocoato. Et in sexta synodo Canone 67. decernitur. Si quis sanguinem animalium comedenter, excommunicetur. Diuus quoque Basilius hac de re legem ferens, inquit: Inueni in praemio diuinas scripturas, tum veteris, tum noui testamenti repetens, neque in multitudine, neque in magnitudine eorum, que delinquentur; sed in sola cuiuscunque mandati transgressione confitetur, et iudicari contra Deum incredibilitatem, et commune esse contra quacumq. inobedientiam Dei iudicium. Et paullo superius. Existit itaque et consimilibus manifestum esse iudicium; quod generaliter quidem cupiditation malicia, ex ignorantia Dei, et pauca de illo opinione oritur: peculiariter vero dissidia hec multorum inter se, non aliunde proficiunt; quamquid indignos nos gubernatione et moderatione domini, ipsi constituanus. Ad considerationem enim talis vitæ, si forte aliquando, inquit Basilius, me referre volvi, ne modum quidem et magnitudinem talis stupiditatis, aut stultitiae, aut recordie (propter enim excedentiam malicie uno certo nomine illam appellare non possum) invenire potui. Si enim in brutis animalibus inde concordia oritur et proficiuntur, quod ad suos duces seruant obedientiam, quid dicimus nos in tanta inter nos discordia, in tanto mandatorum Dei contemptu et rebellione deprehensi? An non reputabimus haec omnia, nunc quidem ad nostram doctrinam et conuersiōnem, a Deo proposita esse: in magno vero illo et terribili iudicij die, in confusionem ac condemnationem eorum, qui discriplinam resuerunt, ab illo producentur, ipsis dicente.

Dd ij

Cogno

Cognovit vos posseorem suum, et asinus praeseppe Domini sui; Israël autem me non cognovit, et populus mens non intellexit. Et multa alia his familia. Illud item ab Apostolo dictum. Si, inquit, patitur unum membrum; compatiuntur reliqua membra. Et illud. Ne sint schismata in corpore; sed ut membra mutua sui gerant circum, ab una scilicet omnia inhabitante anima mota et impulsu. Quorsum, inquam, haec talis hominis fabrica? quorsum fabricæ explicatio? Ego quidem exstimo eō spectare omnia, ut eadē seruerit similitudo: idem rectus ordo; imo multo maior in ipsa Dei Ecclesia, ad quam diutum est. Vos estis corpus Christi, & membrum de membro, uno, solo, vero, principatum obtinente, ac mutuo omnia membra conglutinante capite, ipso inquam Christo Iesu. Apud quos vero mutua non colitur concordia; neque vinculum pacis seruatur, neque spiritus manufecto custoditur; sed discordia, cõtentio & emulatio implent omnia. Nimirum profectò audax res est, tales vocare membra Christi, aut dicere ab ipso regi: stulte vero mentis, non liberè fateri, in illis imperium sensus carnis dominari; secundū sententiam Apostoli præcise dicentis. Cui exhibuitis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis. Cuius sensus proprietas, alibi clare exponens inquit. Cum enim sit in vobis zelus et contentio; nonne carnales estis? Docens autem liquidè, quām acerbus fit horum exitus, & quām nihil tales homines commune habeant, cum vere pietate, dicit: Sapientia, inquit, carnis, nimica est deo. Legi enim Dei, non est subiecta; nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Ob idque dicit Dominus. Neminem posse diabolus simul seruire Dominis. Neque tales illud quod in Actis Apostolorum dicitur, implere possunt. Multitudinis credentium erat communis, et anima una; et erant illis omnia communia: nemine scilicet propriæ voluntati parente, sed omnibus

in com-

Roman. 6.
Hoc ex Acta
tunc Beſiliij.

Rome. 8.

Matth. 6.

in communi in uno sancto Spiritu, vnam vnius Domini Iesu Christi, voluntatem querentibus, qui dixit: Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam; sed voluntatem eius, qui misit me patri. Incendamus igitur iuxta hunc Canonem sancte, ædificare super fundamentum Epiph. 2. Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omne ædificium compactum, crescit in templum sanctum in domino. Deus autem pat. Thess. 5. 1. Timot. 2. 1. significet perfecte, id totum quod sumus, spiritum inquam, animam, & corpus nostrum; inculpabile que in diem aduentus Domini nostri conseruet. Fidelis autem est Deus, qui vocavit nos et vos similis; et qui omnes vult saluari. Quod & faciet, si mandatis eius, quod quidem vniuersi salutis caput est, paruerimus: & sine quorum custodia, impossibile est quenquam gratia Iesu Christi in Spiritu sancto; vi quidem iam superioris demonstratum est, ac distinctius illustratum, certam consue fatum. Ne igitur dimidia tantum parte illum Dicum esse agnoscamus, neque eius benignam misericordiam, nostriignauim, & pigritionem ansam capiamus: sed his omnibus que dicta sunt sobrie intenti; ad opus ipsum, omnia eius di- Ex Beſiliij Oratione de li- uina dogmata deducere studiosè curemus: nihil aliud berò arbitrio, Luca 12. respicentes, quam illum qui dicit. Ignem veni mittere. et quid volo, nisi ut ardeat? Cuius ignis in se opus David experiri volens, inquit: Proba me domine, et tenta Psalm. 25. me; vre renes meos, et cor meum. Hic si quidem ignis, in- Hoc eadē ex terti oculi trabe absumptra, mundum oculum confiti- Beſiliij. tuit; vt naturali videndi facultate recuperata, assidue mirabilia de lege Dei contempletur, cum illo, qui dixit. Reuelo oculos meos; et considerabo minabilia de lege tua. Psalm. 118. Hic talis ignis demones fugat; maliciam adurit, future resurrectionis est vis & facultas, immortalitatis efficienia, sanctorum animæ irradatio, ac rationabilium facultatum ordo & series. Hunc eundem ignem, vt & ipse Dd iij ad nos

ad nos pertingat Deum exoremus omnes, ut in luce bonorum operū ex omni parte ambulantes; ne minimum quidem offendamus vñquam; sed tanquam luminaria quedam orbis vniuersi conspicui, verbis vite, vbiue inhæramus. Ut ita beneficiorum Dei participes facti, cum Domino nostro Iesu Christo, in vita hac, quasi consepulti; præcepta eius omnēsque virtutes, ac totum hoc quod diuinum & salutare est, dignè, sanctè, vt quidem necessarium est, adimplentes requiescamus. Sic enim vniuerso hoc incolatus nostri tempore peracto; ad yoram illam ecclesiæ glorie patriam transferemus: qua gratia & benevolentia Iesu Christi Domini nostri digni efficiamur. Amen. Et hæc quidem fratres charissimi haëtenus: que, vt & ipsi videtis, omnia cum scripturis, diuinis nobis traditis, præclarè conuenient, iuxta sapientissimorum, sanctissimorumq. simul ac Deum spirantium Patrum interpretationem & dilucidationem. Neque enim nobis licet priuata confusis interpretatione, aliquid diuinis inspirate scripture, aut ipso intelligere, aut alijs tradere; nisi quantum cum scopo sanctarum synodorum Ecclesiæque sanctæ Theologorum, illud apud conuenit; ne semel ex recto Euangelice doctrina tramite, veræque sapientiæ & intelligentiæ semita abrepiti, præcipites feramur; neve sensus deinceps noster, more Protei, in hanc, & illam formam fidei transferatur, hucque atq. illuc diuagetur. Atqui forte dicit quis vestrum: que igitur earum rerum, que suo loco dimotæ sunt, correctionis spes? que ratio? que inquam & qualis? Hæc, inquam, Deo ipso iustante; si nihil præter ea, que nobis à sanctis Apostolis sanctissime synodis diuinis ordinata sunt, ordiemur, nihil aliud sequemur. Qui enim intra hos limites te recte & confanter contineare volet; hic quasi cunctem chorum ducet nobiscum; hic eiusdem fidei & communionis nobiscum erit. Nam

ille, qui

ille, qui sæpe dictos Canones respuit, & contra Apostolos similiter contumaciter progrederit, & aduersus sanctos impudenter se offert; hic nullam nobiscum communionem habere poterit. Aut que pars huic inter nos esse potest? quomodo item domiticus, & contubernalis noster efficitur? cum omnes pie viuere volentes, sic alloquantur nostri contubernij doctores, illudque docent. Hic quidem. *Quasque dixerit aliud præter illa, quæ statuta sunt: sit quantumvis fide dignus, virginitatem et omnem vita continentiam colat, signa et miracula faciat, futuri prædicet, lupus tamen hic oiuim pellibus tectus, ouibusque exitum moliens existimandus est.* Alter vero. *Qui ex his, que Deo plenis Patribus visa et decreta sunt, aliquid connellere velit; huic non amplius economia adscribenda, sed est transgressio et prævaricatio dogmatis.* Alius autem: Oportet, inquit, illos tremendum iudicium Christi ante oculos habere; scientes quantum discriimen sit ex his rebus, que nobis a Spiritu sancto tradita sunt, aliquid auferre, vel illis aliquid addere. Non igitur oportet quenquam nouarum sententiarum ambitione autorem esse velle; sed illa, que nobis a sanctis viris prædicata, & relicta sunt, agnoscere. Cum igitur tot & tanti sacre doctrinæ interpres, nos aliud sequi, præter ea, que accipimus prohibeant; vna & sola rerum recuperandarum ratio supereft; idem semper cum sanctis consilijs sentire, Canonibusq. Apostolicis per omnia inharere, & sic in omnibus Christum Dominum & magistrum sequi.

Et vos igitur Germani viri doctissimi, mediocritatis nostræ filii in Christo charissimi; cum sapienter, magnoque consilio, ac tota mente velitis, cum ea que apud nos est Iesu Christi sanctissima Ecclesia vos coniungere, nos tanquam parætes filiorum amantes libenter obuijs ut aiunt, vlnis hanc vestram charitatem ac humanitatem in sinum mediocritatis nostræ recipimus; si modo Apóstolicas,

*Ignatius in
Epi: ad Hier.*

stolicas, & synodicas nobiscum simul sequi traditiones volueritis, hiq. vosipios subijcere. Tunc enim demum verè & sincerè vna domus nobiscum efficiemini. Et vt confidimus, vbi ei quę apud nos est sancte & Catholice Iesu Christi Ecclesię vos subijcietis, magnam laudem & commendationem apud omnes bonos, & recte sentientes, inde consequi poteritis: sicq. ex duabus Ecclesiis, quasi vna Dei benevolentia facta, reliquum tempus in beneplacito Dei transfigemus, vnaq. simul viuemus, donec tandem ad ecclę illam transferamur patriam. Qua vitam potiamur omnes in Christo IESe, cui sit laus & gloria. Amen.

Scriptum Dei benignitate Constanti-
nopolii Anno ab incarnato Iesu Chri-
sto domino nostro 1576. Memphis Maij,
die 15. in ædibus ac residentiâ Beatiissimi
Patriarche. Subscriptum manu
Patriarche.

ANNOTATIONES.

Primum utriusque speciei particeps esse oportere etc. Nemo fuit unquam, qui modo vel facinus litens ferio legorit, vel antiquitatis Ecclesiastice aliquā notitiam habuerit, vel qui solum sobrio & quieto animo res facinus transducere; qui utrūq. speciei usum magno pere necessarium esse iudicari. Qui enim facinus scripturam legit, ille facile animaduertit, facinus quidem mysteria nobis a Christo Domino relata esse; sed & eorumdem dispensatores, Apostolos, utrūq. Apóstolicos institutos. Sic nos, inquit Apostolus, existimat homo, tanquam Dei ministros, & dispensatores ministeriorum eius. Testamentum, ultimamq. voluntatem, quam nulli mortalium transfigredi licet, no-

licet nobis per scriptum esse; sed ciuidem testamento procuratores atq. executores Apostolos, corumq. successores constitutos. Atqui & depositi, & legati diffundandi tota potestas, penes dispensatores, testamento, cunctos posita esse solet; si pre scriptum testator voluntatem suam disserit, verbus non expressi; si distincte quid cuiq. debeat, non docuerit: quod in hoc utriusque speciei legato factum esse videtur. Datur diuinum legatum audeo in presentibus cunctoribus foliis, ut ipsi presentes etantur adhibeatur aliis nemo, ampliusque additur nihil. Quia causa est nisi ut tota dispensationis potestas, penes cunctos atque dispensatores tanti legati sit; ita ut nisi additus locus illi Ioannis oitudo fuerit: Nisi manducanterit carnem filii hominis, & bibenter languorem: qui tamē multas expostiones recipit; ne conam quidem speciem multitudine, à testamento cunctoribus ex legato iure respire poset. Aliiquid autem preter voluntatem, vel dispensatorem, vel cunctorum ex mortui hereditate sibi usurpare, nihil aliud est: quam furem et violentum iniuriam efc. spissius, volumne voluntatis testatoris euerorem. Nulla igitur necessitas est utriusque speciei, si voluntatem testatoris spectet. Sic qui veteris Ecclesiæ mores, aliqua ex parte cognouit; ille, & quæ frequentem rursum unius speciei, quam utriusq. facile animaduertere potuit. Primum in domesticis & priuatis communionibus, quarum sepius Tertullianus, Hieronymus, Cyrianius item meminerunt. Vbi enim minus dignus se esse confessabat, ut ad martyrum templū venirent; domi afermarat Eucaristiam communicabant. Non scia maritus, inquit Tertullianus uxori sue; quid secretū ante omnem cibum gustes: & si sciret panem, non credit illum esse, qui dicitur. Et Cyriana docet. Cū mulier quedam arcam suam, in qua domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire; igne indigfurgente deterritam esse, ne auderet attingere. Hieronymus autem. Quodd, inquit, in Ecclesia non licet; nec domi licet: nihil deo clausum est, & tenebre quoque lucent apud Deum. Deinde in persecutionibus, vbi utriusque speciei commodus usus nequaquam illi potuit. In solitudinibus item, cum utriusque rei membrinū in ea Epifiloa quam ad Cesarium patricium scripti Basilium. Illud autem, inquit, in persecutionis temporibus, necessitate cogi quempiam, non præsente ficeret, aut ministro, id est Diacono, communionem, propria manu fumere etc. Et paullo post: Omnes in heremis solitariam vitam agentes, vbi non est sacerdos, com-

Ec

muuo-

munionem domi seruantes, à seipsis communicant. *Et:* In Alexandria, inquit, & Aegypto, vnuquisque eorum qui sunt de populo, vt plurimum, habent communionem in domo sua. *Dicunt* in nauigationibus ipsi, quonodo Paulus in Actis communicebat videtur, et Satyrus fater D. Ambrosij, de quo illud idem scribit Ambrosius, cui quod secum gestabat in navi, Christiani de Eucaristia contulerunt, quod alligatum in oratio, & onus incoluit in colo, atque ita se dececerat in mare; non requirens de nauis compage resolutam tabulam, cui supernatae iuuentur quoniam fidei solita arma quiescerit. *Quod item in Aegypti*, qui utriusque specie capaces esse non posunt, fieri solitum, ex pulcherrima illa de Scriptoriis historiis, apud Eusebium lib. 6. Cap. 36. videtur licet. In peregrinacionem item communione, que laica etiam dicebatur, & que nonnunquam Clericis penebantur, que ex auctoritate Eucaristia conferebatur per regnitos, sub unaq. specie dabatur. Cuius rei autor est Irenaeus in Epistola ad Valentinorum referente Eusebium lib. 5. Cap. 24. Cyprianus in Epi: ad Antonianum Tolerantum concilium Canon. 4. Quod idem cernitur in illa communione, que obiam Episcopis alijsq. magnis viris mitti à Diocesanis sollebat, ad probandum, nam eiusdem esset communionis, & non ea, que ad pacem sicut secum ferunt. Cuius rei apud veteres scriptores frequenter fit mentio. *Quogodo item* & in illa communione, que die Paschœ, atque die Sabbati magni semper fiebat, & nunc sit etiam ex profanisiticis atque per executores, ac in multis alijs similius codicem modo clare videtur licet. *Tum quidam* certè, cum eadem re à Constantien. Synodo Canon latuus est, ad quam, solam speciem communionis laica renovata, totus quasi orbem, preter eas, que Wycliff atque Hus b. heresi securas erunt proculius, una sola specie fuisse, & nullo Ecclesiastico quadi Canonis rufum fuisse patet: quod vel ex ipso decreto eius concilij, quod in hac modum decernit, apparet: Cūm in nonnullis mundi partibus quidam temerariè affercere præsumunt, populum Christianum sacramentum Eucaristia sub utraque panis & vini specie suscipere, & non solum sub specie panis, sed & sub specie vini, populum laicum possim communicent etc. *Et infra.* Vnde cūm huiuscmodi coniucto a Ecclesia, & sanctis Patribus, rationabiliter introducita, & obseruata sit; habenda est pro lege: quam non licet reprobare, aut fini Ecclesiæ autoritate pro libito mutare etc. *Quo* quidem omnia, cūm Greci recte perspecta habeant, neque nunc, neque alius

que alijs vnuquam, in hac parte nimis utriusque species exaltatores, extiterunt: & cūm in eo totum studium suum coloissent, quod aliquid vel perexiguum reperirent, in quo Latinos accusarent: unius speciei tamen usam, nunquam illis serio obicerunt: non pretermisuri, si quid in ea re momenti inesci patarent. In Concilio quidem Florentino, ubi omnia etiam minima extrinseca diligentissime expendebantur, ea precipue, quae ab hoc speciebam sacramentum: de utriusque tamen communione usū, ad decreto Constantini, ut verbum quidem unum prolatum fuit. Id est, ob eam causam, quod & ipsi Greci, eos, qui à re diuina absunt, & qui domi inservi communicant, una sola reficiunt specie, non aliud indicantes, quam illud nihil omnino interuersum aliquis sub una, aut sub utraque specie communicet: cūm utriusque plenus & integer Christus accipitur. Sed & ipsi ambitione, atque studio nocendi, homines temulent, qui hoc tanquam auxiliū quodam perturbande Reip. Christiane exercent, alio modo hoc de loquuntur, ubi capulam edormierunt; & alio, ubi pauca cupiditate visiti, omnia agunt, ferunt. Edomita capula Luciferi in libro declarationis Eucaristie, inquit, non dixi, neque consului, neq. est intentio mea: vt vnu, vel aliqui Episcopi, propria autoritate, alii incipiunt utramq. speciem porrigeere, nisi ita constitueretur & mandaretur in concilio generali. *Et alio loco:* quamvis pulchrum esset, utraque specie Eucaristię vti, & Christus hic in re nihil tanquam necessarium praecipit; praefatrat tamen unitatem, quam vti. Christus præcepit fecit, quam de speciebus Sacramenti contendere. At ubi furor illum incepit, ubi spiritus certiginis & tumultus occupavit in libro de captiuitate Babylonica, ipse fide à suis cupiditatibus captus, longè aliter sentit & loquitur. Si quo casu, inquit, Concilium statuerit, minimè omnium nos vellemus, utraque specie potirissimo tum primùm in despectum illius Concilij vellemus, aut vna, aut neutra, & nequam utraque specie potiri: & eos plane Anathema habere, quicunque concilij autoritate potirerit utraque. Similiter ab eadem perturbatione relictus Melanchthon in suis Hypotypoib: sicut edere solum, aut abstinere à sula; sic alteratio specie vti, medium & indifferens esse docuit. In familiariis item colloquij, utriusque speciei usum indifferenter esse, quas semper censit. *Quo autem animo* & quo instituto, ab his ea agitari cæpta sit quæfatio preclara expli- cant primi buntus Targetiæ authores Boem. Propreterea enim Iacobello

bello Misericordia scribuntur gratulabundi adhuc esse ; quia referunt scriptum & articulum, quo turpiter errant Ecclesiam Romanam demonstrare posent ; & per quem Romanæ sedis ignorantia vel nequa sit argu posfit. Lutetius etiam proficitur amplexum se opinionem hanc de cunctis species, ut à sede Romana & Concilii liberius defensio posfit. Ita isti fascinum quæserunt, quod commode ouiculis Christi fiduciam facere posint. Si quando autem dubitabatur, nam aliquid boni insit in hac virtusque species, extra obedientiam nimia & pertinaci repetitione : nunc plane hec omnis dubitatio sublate esse videatur cum, si sic eorum omnium studium, cum sensu & voluntate Christi coniunctum fuisset; nonquam huiusmodi homines ex hoc ideo quasi principio, in tot postræ errores tam sibi, diffidit tot omniumque rerum humanarum & diuinarum perturbationem, blasphemias, menum deniq; impietatem prolapso fuisse : negat hec ipsa res tot peccatum & calamitatem seminarium fuisset. Non quod in speciesbus aliquid male insit; sed quid melius sit obedientia quam victimaria; & auxiliare magis, quam offere adipicere auctum : nonquam quasi peccatum ariolidi est, repagnare, & quasi felici idololatrie nolle acquisire, ait Dominus omnipotens. Inobedientia autem omnis erroris mater & magistralis est : Sed & hec baudent.

Qui Sacerdotes vxores accipere prohibent etc. Neque hoc priscum est, neque cum veteri more Ecclesiæ coniunctum. Quantum enim in primis crescenti Ecclesiæ terminis, non ex continentibus tantum, sed etiam ex illis, qui unius uxoris essent viri & presbyteri, & Episcopi eligentur; tamen ubi iam in eum ordinem se feruantur, non amplius uxoribus coniuebant sui. Littera bac de re duorum amplissima, autoritas virorum auctoritate testimonia; Græci alterius, Latini alterius. Ex Græcis Epiphanius est, Episcopus Cypræ: ex Latinis D. Hieronymus. Epiphanius igitur contra Montanistas, nuptias tanquam naturam impiorum damnatarum, scribit. Gaudet, inquit, ille Apostolus his, qui approbatum Dei cultum praefare possunt, & virginitatem, ac castitatem, & continetiam exercere diligunt. Verum vnas nuptias honorat; etiam si maximè sacerdotum dona, per eos qui ab unis nuptiis se continuarent, & in virginitate vita degunt, le ornaria præexpressit; vel ut etiam Apostoli ipsius Ecclesiasticum sacerdotum regulam ordinat, ac sancte constituerunt. Si vero quis per debilitatem opus haberetur, post prime uxoris obitum, secundas nuptias contrahere

re: hunc

*Tom. I. lib. 2.
Hæresi 4.*

re: hunc ipsum veritatis regula non interdicit, hoc est, cum, qui non fit sacerdos. *Et longe clarius contra Cathares.* Reuera enim non fulcitur sancta Dei predicationis post Christi adventum eos, qui à nuptijs mortua ipsorum vxore, secundis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem ac dignitatem. Et hæc certè sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat: sed & adhuc viuentem, & liberos gigantem, viuis vxoris virum, non suscipit; sed cum, qui se ab vita continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum, & hypodiaconum; maximè vbi sinceri sunt Canones Ecclesiastici. At dices mihi, omnino in quibusdam locis adhuc liberos gigantem, & Presbyteros, & Diaconos, & hypodiacos, sed hoc non est iuxta canones, sed fixta hominum mentem, que per tempus elonguit, & propter multitudinem, quoniam non inueniretur ministerium. Nam quod decentius est; id temper Ecclesia per Spiritum sanctum bene disposita videns, statuit apparare, ut cultus diuini indistracti Deo perficerentur, & spirituales necessitates cum omni benuola conscientia peragerentur. Dico autem quod decorum est, propter repetita ministeria ac necessitates, ut Presbyter, & Diaconus, & Episcopus Deo deditus sit. Si enim præcipit populo sanctus Apostolus dicens, ut ad tempus vacans orationi; quantum magis faceret id præcipit, ut indistractus sit, inquam, ad vacandum secundum Deum sacerdotio, quod in spiritualibus necessitatibus ac vobis perhicitur. *Idem ideo plane verbis hoc idem docet D. Hieronymus lib. 1. contra Iouianum hoc modo.* Sed & ipsa Episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit, eligatur Episcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat; sed qui vnam habuerit vxorem, & filios in omni subditos disciplina: certè confiteris, non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat: alsoquin si reprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulteri damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem fint virgines, quod mariti: aut si sacerdotibus non licet uxores tangere; in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferendum. Si laicus & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est. Si femorandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant; non solum in dominibus suis non erant, sed purgabantur ad tempus, ab uxoriis

Et ij

separa-

Hæresi 58.

separati, & vinum & siceram non bibebant, quæ solent libidinem prouocare. *Et in Apologia ad Pamachium.* Igitur, ut dicere coeparamus, Christus virgo, virgo Maria, viriæque sex virginitatem dedicauere: Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vi-dui, aut certè post facerdotium in aeternum pudici. Quid vobis met ipsi illudimur & iracimur, si, substantibus nobis ad coitum præmia pudicitæ denegentur? Volumus oppiparè comedere, & vorum adhiberi complexibus, & in numero virginum & viduarum regnare cum Christo: idem ergo habebit famæ, premium, & ingluies: fordes & munditiæ: faccum & sicerum: Lazarus recipit mala in vita sua, & diues ille purpuratus, crassus, & nitidus, frumenti est carnis boni dum adiutueret; sed diuersa post mortem tenent loca: misericordiæ delicias, & deliciae misericordiarum commutantur: in nostro arbitrio est, vel Lazarum sequi, vel diuitem. *Et aduersus Vigilantium.* Quid facient orientis Ecclesiæ? quid Aegypti & sedis Apostolicæ? quæ aut Clericos virgines accipiunt, aut continentis; aut si vxores habuerint, mariti eis defiluntur? Hoc docuit Dormitantium, libidini freta permittentes & naturalem carnis ardorem, qui in adolescentia plerunque feruerunt, suis hortatibus duplicans, imo extingues coitu foeminarum; ut nihil sit, quo distemus à porci: quo differamus à brutis animalibus: quia ab equis, de quibus scriptum est: Equi infantiles in scinias facti sunt mihi: vnuſquiliq. in vxorem proximi sui hiniebat, hoc est quod loquitur per Daud spiritus sanctus. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et rursum de Dormitantio & socijs eius: In chamo & fraxno maxillas corum constringe, qui non approximant ad te. *Hec Hieronymus.*

Sanctorum Patrum atq. adeo Apostolorum. Constitutio Apostolica b.c.e. 61. Vism est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneri, quæ hæc necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus cultodientes vos bene agitis. *Quod idem canone 62. ita præcepit.* Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex fæderotiali Catalogo, comedenter carnes in sanguine animæ ipsorum, vel quid à feris caput, vel mortuum, deponatur: hoc enim lex prohibuit: si autem sit laicus, segregetur. *Canon item, quem iſi tanquam sextæ Synodi allegant, in hunc modum præcepit.* Sacra fæderotia nobis præcepit, ut abstineamus à sanguine & suffocato & forni-

& fornicatione. Merito igitur daminamus eos, qui cunctumq. anxi malis sanguinariæ arte aliquæ condunt, & sic comedunt. Qui hoc fecerit Clericus, deponatur, laicus excommunicetur. *Nos vero ad Apostolicam quidem constitutionem respondentes; dicimus:* præceptum illud pro tempore tantum factum fuisse, hoc est, quædam diaiola manebat, & quædam item Iudeiæ & infirmatis babenda fuit ratio. & quæstiones erant immolatio, & ad idolorum, quibus consecuta erant, cultum pertinentia, quod satis etiam ipsius decreti verbis declarant: non enim dixit, ut abstineant a contaminatione idolothyti, sed a contaminationibus idolothyti, & sanguinis, & suffocato. *Hec enim omnia sunt contaminationes; quia omnis sanguis babebatur djs consecratio:* & omne item suffocatum, propter sanguinem retentum: in alio autem quod sequitur: & a fornicatione; repetendum est: verbum, abstineant, non referendo fornicationem ad contaminationes, quas dixerat. Fornicatio enim, & si crimen graue est, non tantum ad contaminationem cultus idolorum pertinet. *Immolation autem sanguinem, & suffocatum in hoc decreto prohibita esse, re flet.* & authores sunt Tertullianus in apologetico, Cyriacus Hiero, in catechesi, & Iustinus martyr in questi: 45. Gregorius Nazianzenus in sermonem sanctam Pascha. Origenes lib. 8. contra Celsum, & Magnetæ antiquiss. auctor lib. 2. apologetico pro Euangelio contra Tertullianum Euangelia calumniantem. Ubi autem & idola sunt sublata, nec amplius illin offertur quidquam, & ion infirmatis Iudeiæ & tanquam defeciat, & nullus habendus sit respectus: quin in modo potius illud agendum, ne villa ex parte Iudeorum, coram superstititionem sequi videamur: sublata legem causa, legem sublatam esse putamus: cum preseptim, quemadmodum tunc, cum ea lex secebat, illud maxime caueatur, ne Christiani gentes videantur: ita nunc tristissimum plurimum caudendum est; ne Iudeorum ritus sequi videamur. Itaq. tam ipse Paulus posterioribus temporibus, hanc legem, ubi causa afferri, capta est, rationem non habuit; cum omnibus indifferenter evendit esse, nihil interrogantes propter conscientiam precipit: alia preseptim causa longe maiore cum mouente, quod iam exorientebar homines attendentes frititima erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisii loquentibus mendacium, & cauteriatam habentes conscientiam: prohibentes nudere, & abstineere à cibis, quos Deus creavit, ad percipiendum, cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem. Quorum error, ne aliquo modo confirmaretur; omnibus pef-

nibus paſſim indifferenter cum benedictione et gratiarum actione, uti p̄cipitur. Hocq; magis cū Iudaiſore, ſi modo perſentiant Gr̄ecū contum p̄ceptum Pauli, qui omnibus indifferenter descendunt eſe putat; a ſuffocato abſinere, quam in azymo pane Chriſti exm̄lo, canam Domini cōſcere. Sed iſtē festiū ex oculis alieñis ejiciunt, cūn̄ trahim in ſuis non videant. Ad Canonem autem ſextæ Synodi illud dicimus. Canonem illum ſextæ Synodi non eſe ſed particularis cūiundam, que poſt quatuor, vel quinque annos, a ſexta Synodo fuit ab Imperatore Iustiniano in dēfēctum quaſi Sergij Pontificis, qui tam eum coniubis obſigebat, congregata. Cui neque legati ſedis Apoſtolicæ pr̄efuerunt Conſtantinopolitani, neque deinceps ipſe ſamius Pontifex ſab̄iſt̄. Et reuenit illi Canonem multa habent, que neq; planū Catholica ſunt, & iam futurum ſchisma olen̄t. Itaque per iocum ab ipſis Gr̄ecis mīhi ſunt quanta ſexta dicebatur: quid neq; quinta, neque ſexta eſet; ſed monſtrum patiua utrūque ſibi nomen vēdāns. Hęc autem ita eſet, ut diximus, nō melius cognosci potest, quām ex illorum iſorum Canononibꝫ verbis: ſic enim habet. Quoniā autem ſanctę & vniuersales synodi quinta & ſexta, de myste‐rio fidei plenissimè diſputantes, Canones non fecerunt: pro‐terea nos conuenientes ad hanc Imperialem urbem, fa‐cros Canones conſcripſimus: oportebat enim, vt syno‐dus vniuersales canones Ecclesiasticos promulga‐get. Verām de his Canononibꝫ ſuum cuiquam conſeruerunt iudicium. Hęc verò, vt alia, hātēnus.

Laus Christo Domino.

234

H-203503

CAPITĀ EARVM RERVM QVÆ
IN ANNOTATIONIBVS
continentur.

1. Cur ſeptem ſolæ ſynodos recipiant moderni Gr̄eci, cauſe explicantur. folio 4.
2. Quo tempore, & loco addita ſit ſacra ſymbolo particula illa, de proceſſione Spiritu sancti Filioq; docetur. f. 9.
3. Quatenus ſymbolo aliquo adiungere licet. f. II.
4. Spiritum sanctum ex patre & filio procedere, totius orientalium Eccleſiarum teſtimonio conſirmatur. f. 17.
5. Quomodo Spiritus sanctus ex patre et filio procedat, docetur, diſſertatio, explicantur. f. 21.
6. Veteres ritus baptiſmi traduntur. f. 33.
7. Que ſit materia confeſſionis ſacré Eucariftie, vbi de fermentato & azymo diſputatur. f. 73.
8. De rem forma confeſſionis Eucariftie. f. 78.
9. Quibus nominibus antiquitus ſacri Liturgia designabatur. f. 108.
10. Sacri altaria quibus nominibus à Gr̄ecis vocantur. f. 110.
- II. De primatu Pape Gennadii Scholarij Patriarche Constantinopolitanis diſceptatio. f. 113.
12. Sacré Liturgie Gr̄eci & Latini interpretes. f. 159.
13. De Sanctorum invocacione. f. 206.
14. De utriusq; ſpecie uſa. f. 226.
15. De ſacerdotum celibatu. f. 230.
19. De uſu ſanguinis & ſuffocati. f. 232.

FINIS.

Ft

ERRATA SIC CORRIGE.

Folio 9, in Annotationibus versu 21. Constantinopolitani lege, Constantinopolini,
Fol. 11, §. 26. adicere, I. adici. Ibidem §. 29. Greco, I. Graec. Fol. 27, §. 9. Enδει,
I. fanciū. Fol. 51, §. 165. Non igitur nos de bonis, I. negligunt de bona etc. Fol. 51,
§. 2. illam, I. illum. Fol. 65, §. 25. quod, I. quo. Fol. 66, §. 44. sumnum & plurimum,
I. sumnum & plurimum remedium. Fol. 112, §. 34. princeps, I. princeps. Folio 114,
§. 7. ad, I. &c. Fol. 159. §. ante penultimo, errore, I. expones. Fol. 164, §. ultimo,
canone, I. canon. Fol. 202, §. 3. docet: quod, quantumvis, I. docet: quantumvis.
Ibidem §. 7, in eam, I. eam in. Fol. 220, §. 4. plurima, I. plurimum. Fol. 223, §. 9.
significet, I. fanciū. Fol. 225, §. 15. scribenda, sed est transgressio, lege: scribenda
est, sed transgresio, &c.

FINIS

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І.МЕЧНИКОВА